POLYCARPI LYSERI
PROF. PHILOS. EXTR.

DISSERTATIO DE FICTA MEDII AEVI BARBARIE INPRIMIS CIRCA POESIN LATINAM

SPECIMINIBVS NON INELEGANTIBVS CARMINVM EDITORVM ET INEDITORVM CORROBORATA

HISTORIAE POETARVM MEDII AEVI PRAEMISSA.

HELMSTADII,

LITTERIS HERMANNI DANIELIS HAMMII, ACAD. TYPOGR. MDCCXIX.

Index Poematum non evulgatorum, quorum mentio facta in dissertatione, quæque ex MSS. eruta cum publico communicabo.

I. PETRI de RIGA Aurora cum supplemento AEGIDII & annexis aliis.
II. MATTHAEI Laudunensis & AEGIDII Tractatus de Poena infernali.
III. HENRICI Septimellensis Elegia de diversitate fortunae & Philosophiae consolatione Libris IV.
IV. GALFRIDI de VINO SALVO Poëtria nova.
V. EBERHARDI Bethuniensis Labyrinthus.
VI. ADOLPHI fabulae.

Mitto scripta, quae edita prostant, & ductu Codicum MStorum a me correcta.





Pro-Rector Academiæ Magnifice.
Summe Venerabiles, Jure Consultissimi, Experientissimi, Excellentissimi
Academiæ Patres.
Hospites observandi.
Generosissimi Nobilissimi Clarissimi Eruditissimi
Academiæ Cives.
Omnesque omnis generis Auditores
Honoratissimi.

ERuditionis progressibus nihil obstare magis arbitror, quam innumera, quæ in eadem enata sunt, præjudicia. In singulis quæ reperiantur disciplinis falsa, nunc ante oculos non ponam. Ad universum solum simul attendens eruditionis ambitum, in ipsa ejus historia tale quid me contemplari puto. Obscura sunt in antiquis temporibus multa. Nec mirum in dissitis dijudicandis hebescere visum, & vel nihil plane, vel diversum quid menti exhibere. At vero, si qua succurrit errori excusatio, parum tamen proderit illis, qui proxima intuentes fallunt se & alios. Insignem ego deprehen-

do illis fieri seculis injuriam, quæ bis terve centum annis nostram ætatem antecedunt. Quantum hæc opinio eruditioni noceat experientia docet, brevibus autem exponi non potest. Solent, qui de barbarie medii ævi persuasi sunt, eruditis illorum temporum illudere, scripta eorundem negligere, & eruditionem in his reconditam ignorare. Hinc quærunt sæpe, quæ dudum inventa fuerunt, scribunt quæ scripta jam leguntur. Iniquissimum esse hunc eruditionis mediæ contemtum demonstrare animus est, ita, ut per omnes disciplinas procedentibus, ac eruditionis medii ævi faciem contemplantibus, appareat a nostra ignorantia ad veritatis negationem imperite valde procedi & incongrue. Eam igitur ob causam, cum Vos, AVDITORES, benivolentissime atque humanissime convenisse videam, ut me, de FICTA MEDII AEVI BARBARIE dicentem, audiatis, præfamine longo Vos detinere, multisque verbis Vestram in auscultando attentionem exorare supervacaneum duco.

Terminos autem, ut medio ævo figam, a *sexto* post natum Christum seculo ordiar, & ad *decimi quinti* initia pergam. Quamvis enim alii liberaliores sint in barbariei tempore definiendo, illustria tamen reliquorum seculorum specimina, quicquid objicitur barbarificæ nubis, dispellunt facile.

Seculi ergo post Christum natum *sexti* studia lustraturus a sacro narrationem meam inchoabo. Fateor enim, me levitate probationum moveri non posse, ut cum nupero quodam scriptore ecclesiasticum statum reliquis aut omnibus, aut aliquibus, postponam.

Nec

Nec prudentiores, credo, hominis, confusam admodum rerum divinarum atque humanarum notitiam præ se ferentis somnia, imperitiæ pariter atque impudentiæ testimonia, probabunt. Ego rei dignitate, & auctoritate omnis temporis publica, suffultus, primas sacratæ doctrinæ tribuo. Sexto vero Christianæ æræ seculo THEOLOGIA culta fuit ducibus LAVRENTIO Novariensi Episcopo, AGAPETO Diacono, MARTINO Dumiensi Antistite, IOHANNE Scholastico Abbate montis Sina, qui vulgo Climacus appellatur, VENANTIO HONORIO CLEMENTIANO FORTVNATO presbytero Italico Episcopo Pictaviensi, ANDREA Archiepiscopo Cretensi cognomento Hierosolymitano, S. ISAACO Syro presbytero Antiocheno, CHRYSIPPO presbytero Hierosolymitano, GALLO Confessore, EVANTIO Abbate, SEDATO Episcopo & pluribus aliis ex parte mox commemorandis. Horum omnium præclara scripta florentem eo tempore Theologiæ doctrinam fuisse evincunt.

Ut vero constet, non soli doctrinæ, quod forte aliqui putant, practicæ institisse Theologos, indicare juvat circa *dogmata* Theologica varios hoc seculo susceptos esse labores. Integra Theologiæ *systemata* dederunt BOETHIVS, FVLGENTIVS Ruspensis Episcopus, ANASTASIVS Patriarcha Theopolitanus. Imo vix est materia Theologica, quam non singularibus scriptis illustrarint hujus temporis Theosophi. De *Trinitate* egit FERRANDVS Diaconus Carthaginiensis, ALCIMVS AVITVS, imo ipse Imperator IVSTINIANVS. Egregium imprimis est HORMISDAE Papæ scriptum ad Justinum Imperatorem, quo divinitatis & *incarnationis* mysterium ita

 expo-

exponit, ut accuratius non possit. Exstat Johannis II. Papæ epistola, qua docet, Christum secundum Deitatis naturam Patri æqualem, secundum vero humanam naturam minorem esse, qua nervose omnia illa continentur, quæ postea adversus Anti-Trinitarios dicta sunt. De *Christo* habemus tractatus cum aliorum tum IOHANNIS Maxentii, LEONTII Byzantini Monachi, ANASTASII Sinaitæ, FACVNDI Episcopi Hermianensis, RVSTICI Cardinalis, PETRI Diaconi. De *procreatione mundi* scriptum dedit ZACHARIAS Episcopus Mitylenensis. Obscuram de *anima* doctrinam luculenter pertractavit MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS Senator. Dogma de *libero arbitrio* & *gratia Dei* FAVSTVS Gallus Rheginæ civitatis Episcopus diserte exposuit, quem secuti libris integris CAESARIANVS Arelatensis, AVITVS Viennensis Episcopi, IOANNES Presbyter Antiochenus, LVCIDVS & concilia non una inprimis Arausicanum secundum. *Prædestinationem* perspicue explicuit FVLGENTIVS. Nec desunt de aliis argumentis scripta horum temporum erudita & præclara, quæ enarrare tempus non concedit.

Polemica Theologia hujus ævi habet præter nominatos THEORIBIVM Episcopum Palentinum & Astoricensem, MONTANVM Episcopum Toletanum, LEONTIVM Advocatum Bysantinum.

Nec studium *Biblicum* vel *Exegeticum* hoc sexto seculo neglectum fuit. Testes habeo IVNILIVM Episcopum Africanum, MAGNVM AVRELIVM CASSIODORVM, ANASTASIVM Sinaitam, IVSTVM Orgelitanum Episcopum, NONNVM Panopolitanum, PRIMASIVM Episcopum Vticensem, ANDREAM Archiepiscopum Cæsareæ Cappadociæ.

Non levis quoque cura hoc seculo suscepta fuit circa *externam Ecclesiæ faciem.* Scriptis eam promovere studuerunt FULGENTIUS FERRANDUS & CRESCONIUS Episcopus Africanus. Reipsa illustriorem eam reddere laborarunt concilia & synodi, ex quibus Romanæ aliquæ *alienationes bonorum* ab Ecclesiis acquisitorum interdicunt. Odoacer Rex Herulorum & Italiæ legem tulerat, qua bona Ecclesiæ non necessaria vendi & in usus pios converti mandabat. Prævidit facile pro prudentia sua Pontifex, portam hac lege aperiri, non laicis tantum invadendi bona sacro cultui destinata, sed clericis etiam eadem minus rite administrandi. Cum itaque e re ordinis sacri videret esse, ut bono animo donata perpetua essent ecclesiis, ne forte exulante hominum liberalitate ad incitas redigerentur clerici, legem memoratam infringere non immerito laboravit. Eadem occasione alia dicti Regis constitutio, ne sine Regis Italiæ consensu summus Pontifex eligeretur, irrita reddita est. Non sine consilio hujus rei mentionem injicio. Solent non uni *barbariei fontem,* ac *medii ævi obscuritatem* ex Pontificum Romanorum potestate, sensim sensimque aucta, arcessere. Sed inique. In forma regiminis sacri constituenda perinde est, sive plures habeamus judices, sive unum, Papæ nomine venientem. Hoc ipsum dudum prudentiores Theologi, in ipsa reformatione Lutheri, & postea, probe animadverterunt, existimantes, Papam capitis ecclesiastici loco venerari non esse impium. Et sane, si is ipse veritatibus cœlitus datis vim inferre desistat, nulla apparet ratio, cur potius Politico principi & seculari, summa in rebus sacris potestas concedatur,

quam viro cuidam ecclesiastico. Scio Pontifices accusari, ejus inprimis, quod non satis habentes sacrorum administrationem, terrenarum etiam ditionum possessionem sibi vindicarunt. Verum, si id quidem sine injuria tertii fiat, nihil habet incommodi. Est raro affectus secularium in ecclesiasticos talis, ut iis ad vitæ commoditatem necessaria elargiri velint. Cur ergo legitime acquisita possidere & tueri prohiberentur clerici, & horum Principes Papæ. Principum civili potestate præditorum non uni in suis terris supremi habentur Episcopi, licet civilibus negotiis immisceantur, quidni Pontifex & Clerus jure utatur reciproco. Quæ in aliis Conciliis adversus segnes in officio clericos, proque servanda eorum castitate & temperantia, aliisve moribus sacro ordine dignis, constituuntur imitationem etiam hodie merentur. Ordinis quoque eo tempore in externis rite observati indicium est decretum, quo populus, ne ante *benedictionem* acceptam templum & sacra relinquat, jubetur. Talia certe nostris temporibus tepidioribus pudorem incutiunt insignem. In non male constitutis numero illud, quo Patres Concilii Valentini volunt, ut sponsus & sponsa a sacerdote benedicantur, & ea nocte, quum benedictionem acceperunt, in *virginitate* permaneant. Videtur quidem hæc regula superstitionem fovere, eo ipso, quo circa minutiora occupata est. Attamen patet ex ea, sollicitos fuisse seculi hujus theologos, ut ne in minimis circumstantiis peccaretur, vitaque institueretur Christianæ sanctitati conveniens. Prudentiam non minus ecclesiasticam innuit, quod in rebus etiam minoris momenti vulgus

com-

compescere & continere studuerunt, quod quo superstitioni propius est, eo magis habendum est pium.

Refero ad emendationes practicas institutiones ordinum religiosorum. Nam convenire aliquos Deum deprecandi, exercitiis pietatis vacandi, aliosque exemplo & ore asceticam vitam docendi gratia Christianismo non repugnat. Alium autem finem non habuisse olim conventus Monasticos leges, ad quas compositi primum sunt, evincunt. Quae objiciuntur nimium carpunt & abusum. Ideoque non sunt laude sua defraudandi, qui collegia monachorum condiderunt. Eminet facile in ordinibus celebritate sua Ordo *Benedictorum* S. Patris Benedicti regulam sequentium, & hoc sexto seculo initium habentium. Sed mitto doctrinae sacrae incrementa & ad alias disciplinas pergo.

JVRISPRVDENTIA tantum abest, ut hoc sexto seculo barbariem induerit, ut potius in illud fastigium evecta sit, quod hodieque superare multi conantur, pauci valent. Vixit enim his temporibus JVSTINIANVS Imperator, qui ex omnibus Constitutionibus Imperatoriis, partim tribus Codicibus Gregoriano, Hermogeniano & Theodosiano collectis, partim Novellis comprehensis, unum *Codicem* fecit conscribi. Atque ne sola auctoritate & imperio leges condidisse videretur Augustus, Jus Vetus Romanum, quod ratiociniis inprimis fulciebatur, ex libris JCtorum primariorum iisque numero duobus millibus & trecenties decem millibus versuum excerpere curavit, quod opus *Pandectarum* nomen tulit. Vere Laurentius Valla dicit, se perlegisse quinquaginta Digestorum libros ex plerisque Juriscon-

sulto-

sultorum voluminibus excerptos, relegisse libenter, & quadam cum admiratione, quod nescias, utrum diligentia an gravitas, prudentia an æquitas, scientia an orationis dignitas præstet. Sunt quidem ex recentioribus, qui laborem, velut sine ordine digestum, & nostris temporibus, nostrisve regionibus, minus convenientem, proscindunt. Ego vero ordinem Edicti Perpetui in digerendis juris civilis argumentis servatum esse, nec sine causa, nec sine prudentia, arbitror. Ordinem enim philosophicum in rebus arbitrariis quærere supervacaneum est, neque poterunt, qui antiquum carpunt, omni ex parte perfectum prodere & indicare. Voluit etiam legislatoria prudentia, ut ordo, cui assueti omnes erant, cujusque immutatio confusionis multum, utilitatis parum peperisset, servaretur. Ast sufficiat obtrectatoribus illis Jacobum Cujacium opponere qui ita: Cohærent digestaque sunt omnia arte mirabili, non tam ingenio Triboniani, quam Juliani, Hermogeniani & veterum prudentum, quorum ille vestigia secutus est, & qui aliam desiderant vel comminiscuntur artem, sunt ineptissimi & improbissimi, neque quid sit ars sciunt, nec artem Digestorum. Non substitit Imperator in Pandectis conficiendis, sed in artis formam & disciplinæ ordinem jus redegit, *institutiones* promulgando. Imo prior ille *Codex* abrogatus est, inque ejus locum novus *repetitæ prælectionis* substitutus. Additæ postea *Constitutiones*, *Novellæ* & *Authenticæ*. Quis itaque hujus seculi jurisprudentiam barbaram vocitare audeat, quæ eo tempore in Academiis, præsertim *Romana*, *Constantino-*

politana

politana & *Berytensi* floruit, quæque vel hodie in orbe Europæo colitur.

Non desunt in reliquis disciplinis hoc & sequentibus seculis merita, quæ tamen singula vel recensere solum, tempus, quod sermoni destinavimus, prohibet. Itaque de singulis pauca decerpemus. In seculi sexti MEDICIS excellit ALEXANDER Trallianus. In PHILOSOPHIS eminent PROCLVS Lycius, AMMONIVS, ISIDORVS Gazæus, SIMPLICIVS Cilix, IOHANNES Philoponus, OLYMPIODORVS Alexandrinus & MAGNVS AVRELIVS CASSIODORVS.

Inter MATHEMATICOS insignes fuerunt MARINVS Neapolitanus & EVTOCIVS Ascalonita. Tulit etiam hæc ætas *Cycli paschalis* & *æræ* vulgaris *Christianorum* auctorem, præstantissimum inde chronologum, DIONYSIVM exiguum Abbatem, cujus ductum hodieque sequimur, quæ res barbaro, si Diis placet, seculo, laudi est vel maxime.

HISTORIAM promoverunt plures, *literariam* HESYCHIVS Milesius, *civilem* PROCOPIVS, AGATHIAS, MARCELLINVS Comes, IORNANDES Gothus, GREGORIVS Turonensis, & ex sexu sequiori BAVDONIVIA monialis S. Crucis Pictavensis; *Ecclesiasticam* EVAGRIVS Scholasticus, VENANTIVS FORTVNATVS, CYPRIANVS Episcopus Tolonensis, DINAMIVS Patricius, FAVSTVS Monachus Agaunensis, FAVSTVS Monachus Cassinensis & plures. De his & sequentium seculorum historicis, quos commemorare hac oratione nolo, observo, eos obscuros quidem multis videri, nominis tamen celebritatem sequiorum temporum scriptoribus conciliasse fere solos.

 Alb.

Alb. Cranzius, Jo. Trithemius, Joh. Aventinus, Casp. Bruschius, Simon Schardius, David Chytræus, Marq. Freherus, Cyriacus Spangenbergius, Jo. Pistorius, Melchior Goldastus, Aub. Miræus, Godofr. Henschenius, Dan. Papebrochius & infiniti alii ne nomine quidem noti essent eruditis, nisi ex ævi medii historicis aliqua vel compilassent, vel collegissent & evulgassent.

Quoniam vero barbariei nomen ob stylum inprimis minus purum seculis mediis inustum fuit, purgemus & ab hac labe ea, atque nulli seculo præstantissimos dee fuisse styli, etiam Latini, cultores demonstremus. (a) PHILOLOGIA scilicet, seculo in quo versatur oratio nostra sexto, PRISCIANUM habet Grammaticorum omnium Latinorum Principem, cujus autoritati innituntur, quotquot regulas latinæ linguæ præscribere audent. *Eloquentiæ solutæ* specimina non contemnenda dederunt Anicius Manlius Torquatus Severinus BOETHIUS, cujus de consolatione philosophiæ libri V. soluta partim oratione elegantissimo stylo scripti sunt, & Magnus Felix ENNODIUS Ticinensis Episcopus, in cujus orationibus, si inprimis ad rerum pondera respexeris, oratoriam facultatem eximiam deprehendes. Nec curiositatibus oratoriis caret seculum. FULGENTII liber sine literis (b) huc pertinet.

POE-

(a) Animus erat singulorum seculorum medii ævi eruditionem hac methodo enarrare, sed cum hæc res volumen ingens exposcat, atque rectius in historia eruditionis universali exhibeatur, eam operam differendam esse credidi.

(b) Exhibet is viginti quatuor sermones, quorum primus caret litera A, secundus litera B & ita porro.

POESEOS etiam dignitatem tuiti sunt in lingua Græca NONNVS. (c) In Latina RVSTICVS HELPIDIVS, (d) TVRCIVS RVFFVS ASTERIVS, (e) ALCIMVS ECDICIVS

 AVI-

(c) Qui Evangelium Johannis carmine reddidit eleganti.

(d) Medicus Theodorici Regis Gothorum, Exquæstor. Ejus exstant historiæ Testamenti veteris & novi carmine hexametro scriptæ.

Speciminis loco adducam versus, quibus Noæ arcam describit:

Hic volucres, armenta, viros, genus omne ferarum
Ne quid diluvii perdat violentia, Noe
Colligit, atque unam, tot condita, condit in arcem.

Ejusdem Helpidii carmen habemus hexametrum de Christi Jesu beneficiis.

(e) Vir consularis, qui nervosum & elegans condidit carmen, quo collationem fecit veteris & novi Testamenti ita incipiens:

Cantemus socii Domino, cantemus honorem.
Dulcis amor Christi personet ore pio.
Primus ad ima ruit, magna de luce superbus.
Sic homo cum tumuit, primus ad ima ruit.
Unius ob meritum cuncti periere minores:
Salvantur cuncti unius ob meritum.
Sola fuit mulier, patuit qua janua letho:
Et qua vita redit, sola fuit mulier.
Frater iniquus erat, justum qui percutit olim,
Damnator Christi frater iniquus erat.

(f) Qui composuit Poematum de Mosaicæ historiæ gestis Libros V. Est hoc carmen majestate heroico versui competente præditum, quod vel ex paucis lineis lib. III. quo sententiam Dei contra protoplastos latam exponit, patet:

Tempus erat, quo sol medium transcenderat axem
Pronus & excelsi linquens fastigia centri,

Vici-

Vicina jam nullâ levans promiserat auras
Illis, sed major curarum volvitur æstus,
Ferventesque tenent mala conscia corda dolores.
Utque pudor capto detorsit lumina sensu,
Reppulit & miseros alterno a corpore visus,
Nec jam secura præstatur luce tueri
Signatam fixo peccati stigmate carnem.
Indumenta parant foliis ut mollibus ambo
Membra tegant, nudumque malum de veste patescat.

. . . . . .

Protinus attonitis senserunt auribus ambo
Præsentem dominum tristi tum luce perosum
Expavere diem detecto in crimine testem.
Illos nam vastis specubus si forte baratrum
Panderet, aut subitum tellus monstraret hiatum,
Non pigeat prono trepidos descendere saltu.

. . . . . .

Tum sic terribili primum Deus increpat ore
Atque ubi sit miserum nesciens interrogat Adam.
Qui trepidam pavido producens pectore vocem,
Vix hæc pauca refert: Tuus o celsissime terror
Mentibus insidens latebram tentare coegit,
Nam quia nuda forent in opertis corpora membris
Erubui fateor, cœlumque per abdita fugi.
Et quis ait subitum concussit corde pudorem?

. . . . . .

Ille ubi convictum claro se lumine vidit

. . . . . .

Non prece summissa veniam pro crimine poscit,
Non votis lacrymisve rogat nec vindice fletu
Præcurrit meritam supplex confessio pœnam
Jamque miser factus nondum miserabilis ille est.
Erigitur sensu, tumidisque accensa querelis
Fertur in insanas laxata superbia voces:
Heu male perdendo mulier conjuncta marito!

Quam

AVITUS, (f) DRACONTIUS, (g) ARATOR, (h) VENAN-
B 3 TIUS

Quam sociam misero prima sub lege dedisti,
Hac me consiliis vicit devicta sinistris,
Et sibi jam notum persuasit sumere pomum.
Ista mali caput est, crimen surrexit ab ista.
Credulus ipse fui, sed credere tu docuisti,
Connubium donans & dulcia vincula nectens.
Atque utinam felix, quæ quondam sola vigebat
Cælebs vita foret, talis nec conjugia unquam
Fœdera sensisset, comiti nec subdita pravæ.

Integrum mereretur recenseri carmen, quo sane comtius & ornatius nec hodie poëtæ nostri proferunt.

Exstat & ejusdem Alcimi Aviti Poematum liber VI. de consolatoria laude castitatis ad Fuscinam sororem Virginem Deo sacratam.

(g) Hispanus, qui scripsit libellorum bigam: quorum prior de opere sex dierum & creatione mundi, hexaemeri titulo scriptus est heroico metro. Alter vero posterior Elegiaco postfatio quasi quædam est & præcedanei illius pariter atque sui ipsius ad Deum & ad Regem Theodosium Jun. Augustum excusatio. Utriusque editionem reliquis præferendam adornavit Andr. Rivinus. Lipsiæ 1651. o.

Ut appareat an jure inter poetas nomine dignos suo referatur Dracontius, ecce initium libri:

Prima dies lux est terris, mors una tenebris,
Lux datur ante polum, lux clara causa diei,
Lux jubar æthereum, lux noctis limes & umbra,
Lux facies rebus cunctis, & lux elementis,
Lux genitis factisque calor, lux gratia solis,
Lux decus astrorum, lux aurea cornua lunæ,
Lux fulgor cœli, lux & primordia mundi,
Lux splendor flammæ, lux magni temporis index,
Lux opus auctoris primum, candorque pudoris,
Lux honor agricolis, requies lux omnibus ægris,

Lux

TIUS HONORIUS CLEMENTIANUS FORTUNATUS, (i) MAGNUS

Lux avi, mediis dat lux quoque tempora metis,
Qua bene constructa mundi primordia lucent.

(h) Qui acta Apostolorum carmine epico reddidit, aliaque carmina scripsit. Delibabimus ex Historiæ Apostolicæ Lib. I. locum, quo claudum à Petro sanatum sistit Arator:

Claudus erat, cui prima dies exordia vitæ
Membrorum cum strage dedit, languore coævo.
Octo lustra gerens, ad quem comitante Joanne,
Respice; Petrus ait, votum spes lusit avarum,
Cumque negat meliora parat, quam sæpe gravatos
Desperata juvant, & semine nata sinistro
Prosperitas, celans mœstis confinia læta
Principiis, ad vota venit, gaudebat egenus
Plus vacua meruisse manu, qui munera poscens
Est datus ipse sibi: nulla hic mihi vena metalli
Respondit, quæ fundat opes; ego ditior ægro
Pauper ero, progressus abi, de voce jubentis
Exiliit medicina potens, atque hospite gressu.
Convixere pedes, cunabula longa relinquens
Calcavit veteranus humum, plantisque novellis
Materies se prisca movet cui præpete cursu
Protulit incessus quicquid non edidit ortus.

(i) Episcopus Pictaviensis, appellatus vulgo, cum reliquos sui ævi eruditione superaret, scholasticissimus, variorum carminum scriptor, quæ singula libris XI. prostant.

Præterea sunt ejus de vita S. Martini libri quatuor. Item de excidio Thuringiæ ex persona Rhadegundis liber, qui ita incipit:

Conditio belli tristis, sors invida rerum
Quam subito lapsa regna superba cadunt.
Aula palatino quæ floruit antea cultu
Hanc modo pro cameris mœsta favilla tegit,

Quæ

MAGNUS FELIX ENNODIUS, (k) BOETHIUS, (l) & quem primo loco nominare debebam Rex Francorum CHILPERICUS,

Quæ steterant longo felicia culmina tractu,
Victa sub ingenti clade cremata jacent.
Ardua quæ rutilo nituere ornata metallo
Pallidus oppressit fulgida tecta cinis.

Item ad Justinum Juniorem Imp. & Sophiam Augg. liber. Item ad Artachin liber.

(k) Episcopus Ticinensis, cujus prostant carminum Liber & Epigrammata. Ex multis seligam carmen VI. quod ita incipit:

Post canas hyemes gelidi post damna profundi
Tranquillum quotiens navita carpit iter
Mœret, & infidi desperat prospera ponti,
Quamque videt faciem non putat esse satis,
Sibilat aura levis, validas timet ille procellas
Fluctibus & blandas æstimat esse minas
Lintea si crispant Zephyri pendentia malo
Et dulci ludit spiritus obsequio;
Confusam ventis naturam perdere leges
Jurat & antiquum credit adesse chaos.

In Epigrammatibus ejus & elegantiæ & venustatis ac ingenii multum est. Exstat Epigramma ejus aliquod LXXIV. in Bibl. Max. Patr. T. IX. p. 431. A. B. quo de varietate clericorum ita canit:

Qui ponti facies, numerum qui novit arenæ,
Fœmina quem jurans fallere nulla potest
Astrorum plebem, qui calles spectat amantum
Cynthia cui certis cornibus innotuit.
Non valet hic vultus retinere & nomina mores,
Quos mutat clerus tempus in exiguum.

Aliud legi meretur de anu XCVII. l. c. p. 433.

(l) Ejus de consolatione philosophiæ libri V. soluta partim oratione, partim versibus scripti sunt.

RICVS, (m) & plures. (n) Non destituuntur secula sextum excipientia suis meritis unamquamque eruditionis partem insigniter polientibus Sed ea hac quidem vice proferri singula nequeunt. Seligemus pauca, quæ singularia

(m) Cujus vena felix ex epitaphio, quod S. Germano ipse fecit, patet. Ita orditur:

Ecclesia speculum patriæ vigor ara reorum
Et pater & medicus, Pastor amorque gregis.
Germanus virtute, fide, corde, ore beatus
Carne tenet tumulum, mentis honore polum.
Viri cui dura nihil nocuerunt fata sepulcri:
Vivit enim nam mors quem tulit, ipsa timet.

(n) Imo de sequiori sexu uxor Boethii HELPIS vel Helpidia Poetria & ipsa fuit.

FVLGENTIVS Ruspensis Episcopus poemate insectatus est errores Thrasamundi Regis. Fabius FVLGENTIVS Placiades, cujus mythologicon & astronomicon superest.

THEODVLVS peculiari ecloga comparat miracula V. T. cum antiquorum poetarum commentis.

GODELBERTVS historiam à mundo condito ad usque natalitia Salvatoris metro prosequitur.

PRISCIANVS Dionysium Periegeten latino carmine reddidit.

CORIPPVS Africanus, cujus exstat epos libris IV. comprehensum de laudibus Justini minoris. Scripsit & Belisarii encomium quod intercidit.

MARCVS quidam S. Benedicti discipulus, cujus carmen de S. Benedicto elegans est & fluidum ita incipiens:

Cæca prophanatas coleret dum terra figuras
Et manibus factas crederet esse Deos;
Templa ruinosis hæc olim struxerat aris,
Queis dabat obsceno sacra cruenta Jovi.
Sed jussus veniens, eremoque vocatus ab alta
Purgavit sanctus hanc Benedictus humum.

v. Acta Sanctorum Ord. S. Benedicti T. 1. p. 28.

gularia sunt, quibusque vix hodie similia reperiuntur. Non dubito seculi *septimi* singularibus accensere ortum, *religionis Islamiticæ*. Illius conditor MUHAMMED non levem legislatoriam in decretis ferendis demonstravit prudentiam. Collimant eo omnia religionis dictæ capita, quæ reipublicæ conservandæ gratia maxime videntur esse lata. Et certe, siquidem falsitas religionis fuerit manifesta, impostori sola hæc restat laus, ut vinculum, quo vulgus in officio continetur, constituatur arctissimum. Fere in eam delabor opinionem etiam veræ religioni prodesse multum, & ecclesiasticam arguere prudentiam, si in iis, quæ externa sunt, & veritati non adversa, aliqua fiant in ceremoniis sacris superflua. Quicquid hujus sit, politicam ostendit vel maxime prudentiam, si quis in legibus ferendis ad reipublicæ tranquillitatem, ad cultus divini sanctitatem, saltim externam, ac denique ad ipsorum hominum commoda, & usus medicos, attenderit. Hanc prudentiam Muhammedi denegare non possumus. In fundamentis legis Muhamedicæ potioribus est *mundities* corporis & vestium externa. Quis hoc institutum improbet? Situs & squalor putredinis mater est, ideoque singulas, quibus insistit, res corrumpit, & vix videas homines munditiei corporis addictos morbis illis, quos cutaneos dicimus, infestari. Addo munditiem corporis, animi purioris indicem plerumque esse. Affectuum enim, & actionum humanarum, intimior est cum corpore nexus, ita ut spurcitiei externæ dediti raro mentis puritate gaudeant. Labes illæ animi, quæ externis actibus produnt sese, comitem habent neglectum corporis cultum. Illis an-

tidotum præbes, si a spurca vivendi ratione abstinueris. Munditiei Islamitæ jungunt *orationem*. Hæc si rite, inprimis a vero Dei cultore instituatur, mirum est, quantum animum reficiat. Potissimum, quod nostræ felicitati maxime obest, vitium est philautia, quæ, dum nostris nimium fidimus viribus, virtuti & prudentiæ damna affert non una. Huic solidius ire obviam non possumus, nisi quando oratione devota mentem Deo dicamus, & submissione ac veneratione illa agnoscimus ac testamur, nostram imbecillitatem tantam esse, ut omnia Deo soli accepta referre, atque ab eo exspectare debeamus. Imo acuit crebra oratio animum, atque, dum ab omnibus aliis, mixtis sæpe & confusis ideis abstrahit, ad simplicem illum & unicum de Deo sensum pellit, & in originem omnium idearum inquirit. Tertium legis Islamiticæ fundamentum est *Eleemosyna*, quam ab infidelibus promtius exhiberi, quam Christianis, merito dolemus. Liberalitas illa in egenum proximum non unis stipatur virtutibus. Animum ad misericordiam & lenitatem assuefacit, &, quod prudentiæ legislatoriæ est respicere, harmoniam privatorum in republica servat individuam integramque. Accedit *jejunium*, quod, si superstitio absit, ne sapientia quidem damnat. Est illud, ut gulæ, ita plurimorum inde pullulantium affectuum & malorum frenum, quo, sive corporis sanitatem illibatam, sive animi tranquillitatem incorruptam cupias, obtinebis facile. Quod ad *peregrinationes* certas quotannis suscipiendas & alios *ritus* a Muhammede jussos attinet, illi quidem omnes mystica quadam ratione ab interpretibus doctrinæ Mu-

hamme-

hammedicæ explicari solent. Nos tamen ea missa existimamus esse prudentis legislatoris, populum, cujus otia vitia sunt, variis semper detinere, quibus occupetur, quæ si non occurrant reipublicæ adeo proficua, injungenda aliqua tamen sunt, quæ agat, quibusque observatis demonstret, se omnium eorum, quæ a magistratu imperata sunt, sedulum exsecutorem esse, quamvis vel nulla alia, præter superiorum voluntatem, subfuerit ratio. Reliqua legis Muhammedicæ decreta ejusdem generis sunt. *Cultus* diebus Veneris & festis *publicus* tendit ad mutuum hominum commercium per conventus publicos, atque ad quietem certo tempore sanitatis causa habendam. *Circumcisio*, ne à Judæis nimis recederet probata. *Sanguinis* & aliarum rerum *esus* naturæ ipsi adversus est, ideoque in earum prohibitione non prudentem minus legislatorem quam sapientem egit Medicum Muhammed.

Habet & PHILOLOGIA non leve in Muhammede præsidium. *Linguam Arabicam* ita coluit & perfecit, ut CORANUS ejus non doctrinarum solum sed & sermonis norma haberi soleat. Miraculum credunt Islamitæ, quod cum conati sint eloquentissimi quique ei par aliquid elaborare, ne capitulum quidem unum ipsi conferendum proferre potuerint. Et certe si linguæ Arabicæ suavitatem cum gravitate mistam, ubertatem & elegantiam considero, non leve quid Muhammedem præstitisse fateor.

Quoniam vero barbaries exiguis *latinæ linguæ* terminis includi solet, POESIS autem summum illud est, quod elegantiam styli probat, ut seculum septimum ab

 inusta

injusta barbariei nota liberem, nominò Poetas egregios BRAVLIONEM Episcopum Cæsaraugustanum, (o) COLVMBANVM Abbatem, (p) HONORIVM I. Pontificem Maximum, (q) GEORGIVM Pisidam Constantinopolitanæ Ecclesiæ diaconum, (r) EVGENIVM Episcopum Toletanum,

(o) Cujus hymnus de S. Aemiliano legitur in actis SS. Ord. Bened. T. I. p. 215.

(p) De cujus vena poetica judicari potest ex poematibus, quæ leguntur in bibl. max. Patr. T. XII. p. 33. In quibus est Epistola ad Sethum ita incipiens:

Suspice Sethe libens, & perlege mente serena
Dicta Columbani fida te voce monentis,
Quæ licet ornatu careant sermonis honesti,
Vota tamen mentisque piæ testantur amorem.
Vive Deo fidens, Christi præcepta sequendo,
Dum modo vita manet, dum tempora certa salutis.

(q) Cujus exstat de Apostolis in Christi ad coelos ascensione obstupescentibus Epigramma ita incipiens:

Luce videt Christum Petrus, quem nocte negavit,
Et cecinit Dominum pergere ad astra suum,
Tertius Andreas orat: Miserere magister,
In regnum patris collige discipulum.

(r) Cujus poemata exstant. Ex mundi opificio, quod Jambo senario scriptum, aliqua adducam.

Aestatis ecce tempus instat nec scio
Quonam modo sol ille flammis lucidus
Momento eodem temporis cursu & pari
Hic inficit nigrore vultus quos cremat,
Idem alibi rursus alba corpora indicat.
Idem aridi fletus saturanda ut sint facit,
Reddit liquorem idem vapores humidos,
Hos namque miscet cursibus per aërem.

num, (s) DREPANIUM Florum (t) & PETRUM APOLLO-

 NIUM,

(s) Cujus poemata prodierunt cura And. Rivini Lipsiæ 1651. 0.

Seligam ex iis sextum contra crapulam:

Propense stomachum qui farcit labe ciborum,
Viscera crassa vehit, sed macra corda gerit.
Decrescit sensu, grandescit corporis actu,
Carnea fit moles, membra caduca ferens.
Gutturis arvina fauces angustat obesas,
Et perdit liquidos vox male rauca sonos.
Cuncta soporifluo marcescunt ossa tepore,
Ambulat & stertit, nec vigilare valet.
Qui cupit ergo suam doctrinis crescere mentem,
Castiget ventrem, sic homo doctus erit.

Qui curiositates poeticas amant, legant Eugenii Epitaphium proprium:

Excipe, *Christe potens, discretam corpore mente*M
Ut *possim picei pœnam vitare barathr*I.
Grandis *inest culpa, sed tu pietate redunda*S,
Elue *probra pater, & vitæ crimina toll*E
Ne *sim pro meritis sanctorum cœtibus exu*L,
Iudice *te prosit sanctum vidisse tribuna*L.
Uis *Lector, uno qui sim dinoscere vers*U?
*Signa priora lege, mox ultima nosse valebi*S.

Huc pertinet carmen 23. ad Johannem:

O Jo *versiculos nexos quia despicis* hannes,
Excipe di *sollers si nocti jungere* visos.
Cerne Ca *pascentes dumoso in littore* melos,
Et Por *triticea verrentes germina* cellos.
Ar *sitibundi petunt lympharum pocula* menta,
Atque bu *glandifera recubant sub tegmine* bulci,
Nunc pas *lanigeras ducunt ad pascua* tores,
Et fœ *consumunt fraudantes munera* turæ.
Pro *tibi quo nostro veniat ex carmine* fectus,
Instar Lucilii cogor disrumpere versus.

(t) cujus

NIUM, Collatium presbyterum Novariensem. (u)

Seculi *octavi* POESIS, ut de *Parisiensi schola* condita, de *technicis Musicorum vocabulis*, hodieque usurpandis, & aliis egregie editis rebus, taceam, illustris valde fuit statoribus ALTHELMO episcopo Schireburnensi, (w) Venerabili BEDA presbytero, (x) ETHELWOLFO Bernicio, (y) PAULO Diacono Aquilejensi, (z) FERIO

(t) Cujus supersunt hymni quidam & metra alia, præsertim sacra.

(u) Exstant libri ejus IV. de excidio Hierosolymorum. Audiamus ipsum poetam: sive initium Libri I.

Exitium Solyma & tristes à stirpe ruinas,
Totque olim ducibus claram tot regibus urbem,
Servitio turpi & miseranda sorte subactam
Dicere fert animus. Nunc o veneranda canentis
Calliope regina chori, fontisque sacrati
Huc ades, & tecum comites assume sorores.

(w) Qui heroica quædam scripsit retrograda. Exstant libri ejus duo carmine descripti: Primus de laude Virginum; Alter de octo principalibus vitiis. Item alia nonnulla poetica. Ex omnibus seligam carmen de Molosso:

Sic me jam dudum rerum veneranda potestas
Fecerat, ut domini truculentas persequar hostes,
Rictibus arma gerens bellorum prælia patro
Et tamen infantum fugiens mox verbera vito.

(x) Qui reliquit librum de arte metrica, carmen de Justini martyrio, hymnos, & heroicum de horologio.

(y) Cujus carmen exstat de origine templi S. Petri apud Bernicios.

(z) Qui hymnos reliquit. Ejus vita S. Scholasticæ exstat versibus reciprocis scripta, & aliud de eadem S. Scholastica carmen iisdem versibus ita incipiens:

O Benedicta Soror benedicti numine Christi
Eximiique patris o benedicta soror.

Prompta

rio HILPERICO, (aa) ALCVINO, Caroli M. Præceptore; ipsoque CAROLO Magno Imperatore. (ab)

Seculum *nonum* eruditos & præstantes & plurimos numero fovisse vel sola *Principum* eruditio singularis persuadet. LVDOVICVS Pius Romanorum, BASILIVS & LEO Philosophus Constantinopolitani Imperatores, AELFRIDVS Angliæ Rex, & alii, literas & coluerunt & laudarunt in aliis atque promoverunt. Non tamen hæc & quæ disciplinas singulas concernunt commemoro. Dico solum *Nomocanonem* a PHOTIO hoc seculo scriptum esse, quem hodieque Ecclesia Græca Juris Canonici loco habet. Præterea Abu Jaazar Al MANSVR & Abdalla Al MAMVN Chalifæ sive Principes Saracenorum libros Græcorum & aliorum vertendo & consulendo eruditionem in fastigium aliquod evexerunt, ita ut vel hodie deperdita multa veterum scripta Arabibus debeamus studiosius servata. Ad POETAS propero, in quibus excellunt ANONYMVS ille, qui Caroli M. vitam scripsit, (ac) BERTHARIVS Abbas Cassinensis, (ad) AMBROSIVS,

Prompta vacare Deo Scholastica jure vocaris
Cerneris a cunis prompta vacare Deo.

(aa) Qui scripsit Epos de congressu Caroli Magni & Leonis Pontificis.

(ab) Qui literas metricas dedit ad Paulum Diaconum. Quin & Rolandi mortem versu deploravit & Epitaphium scripsit Hadriano Papæ.

(ac) Speciminis loco sint primi ad A. 799. versus:
O quam triste nefas mortalia pectora crebro
Concipiunt, quam præcipiti submersa profundo
Nequitiæ, dum non leges, non jura verentur,
Horrificos nimium cæci labuntur in actus.

Testis

SIVS Nicander Toletanus, (ae) HINCMARVS Archiepiscopus Rhemensis. (af) THEODVLPHVS primum Abbas Floriacensis, hinc Aurelianensis Episcopus, (ag) RABANVS Maurus Abbas Fuldensis postea Episcopus Moguntinus, (ah) STRABVS Gallus, (ai) MACRVS, (ak) WANDELBERTVS Diaconus Prumiensis, (al) HVGVBALDVS, (am) GALLVS MILO, (an) ERICVS Altissiodorus, (ao) ABBO monachus S. Germani a Pratis, (ap) AGOBARDVS, (aq) ENGEL-

Testis hic est, annus, quo, res indigna relatu,
Crimine Romuleam sævo maculaverat urbem.

(ad) Cujus exstat carmen de S. Benedicto.
(ae) Qui versibus expressit martyrium S. Cyriaci.
(af) Qui plura scripsit carmina.
(ag) Exstant ejus carminum Libri VI.
(ah) Scripsit poëma de laudibus salutiferæ crucis.
(ai) Rabani discipulus, insignis poeta, & cum meliori ævo propemodum comparandus, hortulum metro percensuit.
(ak) Qui in eodem argumento versatus est.
(al) Martyrologium absolvit carmine heroico.
(am) Poema condidit de laude calvorum.
(an) Qui de sobrietate carmen scripsit.
(ao) Qui de vita S. Germani versibus egit.
(ap) Discipulus Aimoini duobus libris carmine reddidit obsidionem Parisiorum a Normannis Danisque suo seculo tentatam.
(aq) Cujus carmina supersunt. In iis est epitaphium Karoli Magni Imperatoris ita incipiens:

Aurea cælorum postquam de virgine Christus
Sumpserat apta sibi mundi pro crimine membra.
Jam decimus quartus post centies octo volabat
Annus fluctivagi meruit quo fervida cæli
Aetherei Karolus Francorum gloria gentis
Aequora transire, & placidum comprendere portum.

ENGELMODVS Episcopus (ar) PASCHASIVS Radbertus (as) FRECVLPHVS Episcopus Lexoviensis (at) SERVATVS Lupus (au) Walafridus STRABVS (aw) SALOMON episco-
D pus

(ar) Hucusque opera typographi in excudenda oratione pervenerat, cum ab eodem mora iniiceretur diuturnior, quæ tamen ansam dedit plura huius argumenti colligendi. Scriptum vero cum inde enasceretur prolixius, singulari volumini HISTORIAM POETARVM MEDII ÆVI dicandam esse credidi. Itaque nunc solum operis futuri primas ducam lineas, atque nomina Poetarum dabo; ex iis, qui elegantius scripserunt, specimen exiguum additurus, & quæ in futuro opere ope MStorum sum correcturus, aut evulgaturus, indicabo.

(as) Ejus versus, quos libro de corpore & sanguine Domini præfixit, cum MSto quodam contuli.

(at) Chronicorum libris præfixit carmen, ubi ita:

Te duce, Christe, via facilis nos ire per omnes,
Quod natura negat, varios, fessosque labores,
Das qui ausu fragili, das grandia vincere posse,
Parvula mens trepidat hominum, quæ tangere dura
Miratus tetigisse quidem, gaudet superasse.

(au) Cujus hymnus aliquis de S. Wigberto ita incipit:

En piis splendent revoluta votis,
Annuo nobis veneranda cultu
Festa Wigberti. Populo frequenti
Christe faveto.

(aw) En versus, quos post annum ætatis XV. scripsit:

Suscipe, sancte pater, pauper quæ munera Strabus
Mittit, & ex animo missa revolve libens.
Nam, quod apud gnaros gaza pretiosius omni est,
Hoc tibi porrigere viscera nostra volunt.
Non aurum, non ulla malis obnoxia curis
Munera, quæ incautos sternere sæpe solent. &c.

pus Constantiensis (ax) WALDRAMNVS (ay) Ioannes TVRPINVS, LIVTHPRANDVS (az) ERMANRICVS monachus Elewangensis, ERINFREDVS, ANGILBERTVS Abbas Centulensis, IONAS episcopus Aurelianensis, GERWARDVS, Ermoldus NIGELLVS, HARTMANNVS (ba) CANDIDVS

(ax) Cujus carmen de fratre suo dabo:

Hic, nisi quod libuit, nunquam mihi funditus egit,
Et, quamvis bini, mansimus unus homo.
Quæ volui voluit, quæ non, hæc ipse rejecit.
Quo mihi huic similis inveniendus eris?

(ay) Qui ita ad Salomonem episcopum:

Esto virile decus, patienter vince dolores;
Quod non vitatur, vel toleratur, onus.
Talis erit populus, qualem te viderit esse,
Deque tua facie plebs sua vota metit.

(az) Qui historiarum libris carmina immiscuit, in quibus & hi versus:

Clarus ab infuso discedens sidere Phœbus
Zodiaci primum solito conscendere sidus
Incipit, & gelidas dissolvere colle pruinas,
Aeolus atque suos bis binos mittere flatus,
Hungrorum furibunda manus quum gaudet in urbem
Flatibus Aeoliis adiuta infundere flammas.

(ba) Qui & Hartmutus dicitur, cuius quinque carmina ex MSto quodam vulgabo, nisi jam edita prostent in Canisii Lect. Antiq. T. V. Adscribam singulorum inscriptiones, & primos versus:

Versus canendi antequam legatur Evangelium.

Sacrata libri dogmata
Portantur evangelici
Cunctis stupenda gentibus
Et præferenda laudibus.

DVS monachus Fuldensis, EIGIL abbas Fuldensis, AIMOINVS monachus S. Germani a Pratis, RATPERTVS monachus S. Galli (*bb*) EKKEHARDVS iunior monachus S. Galli, PRVDENTIVS episcopus Trecensis, EGINHARDVS Caroli M. a secretis postea Abbas Gandensis & Selingstadiensis, FLORVS diaconus Lugdunensis, HEREMBERTVS sive ERCHEMPERTVS diaconus Casinensis, BERTOLDVS monachus Miciacensis, AVDRADVS episco-

Versus in natale innocentum.
Salve lacteolo decoratum sanguine festum
Salvete innocua corpora fusa neci.
Versus de iisdem.
Cum natus esset dominus
Turbatur rex incredulus,
Magi tulerunt munera,
Quos stella duxit pravia.
Versus ad processionem diebus dominicis.
Summus & omnipotens genitor, qui cuncta creasti,
Æternus Christus, filius atque Deus.
Versus ad eucharistiam.
Laudes omnipotens ferimus tibi dona colentes
Corporis immensi sanguinis atque tui.

(*bb*) Cuius bina carmina in MSto quodam Codice offendi, quæ si Canisius omiserit Lect. Antiq. T. V, publici iuris faciam, scilicet:
Versus ad processionem diebus festis.
Ardua spes mundi, solidator & inclyte cœli,
Christe, exaudi nos propitius famulos.
Versus ad reginam suscipiendam.
Aurea lux terra, dominatrix inclyta, salve,
Qua domibus nostris nunc benedicta venis.

pus (*bc*) CYPRIANUS archipresbyter Cordubensis, NOTKERUS Balbulus (*bd*) HALDOINUS Abbas monasterii Altivillarensis, ANGILBERTUS Abbas Corbeiensis, HILDUINUS abbas S. Dionysii Parisiensis, VULFAIUS monachus Elnonensis (*be*) GILLEBERTUS monachus Elnonensis, HILDERICUS Abbas Casinensis, THEOPHANIUS diaconus Casinensis, CLAUDIUS monachus Benedictinus,

(*bc*) Qui in epistola ad Hincmarum archiepiscopum Remensem ita canit:

Nobilis ingenii linguam, facunde poëta,
Cœlitus esse tibi dulci medulamine pandis,
Dum flagrans animo virtutum pascua lustras;
Dum salientis aqua perfundis lumina rore.
Ocyus hinc lecta lauri succedis, & umbra
Pallentis hederæ, nec non & pinguis oliva:
Dans miro nexam capiti de fonte coronam.

(*bd*) Cuius versus ad regem suscipiendum in MSto quodam Codice, a me usurpato, leguntur. Utrum eos iam ediderit Canisius ignoro. En primos carminis:

Ave beati germinis
Invicte rex & inclyte
Omnis tibi militia
Occurrat ovans cœlitum.

(*be*) Cujus versus ad Milonem adscribam aliquos:

Carmina sidereos merito scandentia campos
Ut vigeant nostro, Milo, favore petis.
Quorum vis tanta est, talique refulget honore,
Ut nequeant nostro dicier eloquio.
Aurea materies argento cingitur albo,
Ornat & eloquium lucida massa suum.
Non opus, ut nostri decorentur famine verbi:
Eius honore vigent, cuius amore nitent.

nus, ALMANNUS monachus Altvillarensis, REMIGIUS monachus Antisiodorensis, OTFRIDUS monachus Wissenburgensis, BRISTANUS monachus Croylandensis, (bf) ALBERTUS Abbas Gemblacensis, ALVARUS, IOHANNES ecclesiæ Romanæ archidiaconus. (bg)

Seculum *decimum* incrementis gaudet pluribus. *Novella* & βασιλικῶν libri LEONIS in eo conditi, hodieque magnæ auctoritatis. Character *Arabicus* elegantior, auctoribus filio MOUCLAE & filio BAWABI, scribi coeptus. *Phonascis*, vulgo Meistersänger, privilegia indulsit Imperator OTTO II. hacque ratione Germanorum poësin iuvit insigniter. Nolo vero, quoniam secula nostra, ob *styli* imprimis *Latini* neglectum, notam barbariei meruisse censentur, plura commemorare. POETAS solum LATINOS produco. Absit enim, ut cum Viris, alioqui Polyhistoribus, dicamus, nullos hoc seculum habuisse poetas. Contrarium evincunt scripta RHOSUITAE vestalis Gandershemensis, RODULPHI Tortarii monachi Floriacensis, ODONIS abbatis Cluniacensis, ODILONIS abbatis Cluniacensis, Biogra-

(bf) Qui in cineres monasterii Croylandensis threnos scripsit, quorum initium:

Quomodo sola sedes dudum Regina domorum,
Nobilis ecclesia & nuper amica Dei.

(bg) Cujus epilogus exstat vitæ S. Gregorii Papæ, ubi sic incipit:

Suscipe Romuleos, pastor venerande, triumphos:
Gregorii Sancti suscipe gesta tui.
Qui nituit factis, verbis, scriptisque beatis,
Ut iubar auricomi solis in orbe cluit.

graphi Berengariani, FRODOARDI Canonici Remensis, FRIDEGODI monachi Cantuariensis, IOTSALDI monachi, STEPHANI episcopi Leodicensis, GERARDI monachi, WITIKINDI monachi Corbeiensis, ABBONIS abbatis Floriacensis (bb) HERIGERI abbatis Laubiensis, INGELRAMNI vel ANGELRANNI abbatis Centulensis, SALVI abbatis Alveldensis, NOTGERI abbatis S. Galli, IOANNIS monachi Elnonensis, LAVRENTII monachi Casinensis, SYRI monachi (bi) ODONIS archiepiscopi Cantuariensis, EVTRANDI diaconi Ticinensis, RATBODI episcopi Traiectensis, (bk) UFFINGI monachi.

Secu-

(bb) Qui scripsit epistolam ad Ottonem Imperatorem, nullis, Aimoino iudice, sapientum istius temporis comparandam carminibus, cuius primus versus, ut alia taceam, in initio, medio, et fine carminis, sexies legitur. Dabo primos:

Otto valens Cæsar nOstro tu cede cothurnO
Tot felix atavis quoT cœlo sidera lucenT
Te dominum sibi saxo Tulit, & Roma notaviT.
Orbis & ipse cupit sOlo contentus alumnO,
Virtutum titulis & Vir cognosceris actV!

(bi) Qui in vita S. Maioli abbatis Cluniacensis ita:

Martyr ut emeritam certamine sumere palmam,
Utque sui posset perfundi fonte cruoris
Optat, & intrepido profundit talia vultu:
Quod satis est, supraque satis, huc viximus usque.
Nunc faciem penetrare cupit cum spiritus ardens
Christe tuam: tadetque viæ, tædetque laboris.
Qua breviora patent recti compendia callis
Ire iuvat, via sit trepidis nimis ardua quanquam,
Propere sidereos dabitur contingere campos.

(bk) Qui de S. Suiberto carmen scripsit allegoricum, cuius initium hoc:

Seculum undecimum, ut in reliquis disciplinis gesta non adducam, POESEOS LATINÆ culturam debet ALPHANO archiepiscopo Salernitano, GISLEBERTO monacho Autissiodorensi, AIMOINO monacho Floriacensi, FULBERTO episcopo Carnotensi (bl) VILLERAMO abbati Mersburgensi, GERBERTO Remorum archiepiscopo postea Pontifici Maximo SYLVESTRIS II. nomine, MARBODAEO Cenomanensi, DURANDO abbati Troarnensi, ANSELMO archiepiscopo Cantuariensi, SIGEBERTO monacho, DITMARO episcopo Mersburgensi, GULIELMO Appulo (bm) WIPPONI, NOTGERO Labioni,

ME-

Lux nova Suitbertus Francos lustravit & Anglos,
Quo clarum fidei lumen utrisque daret.
Saxonicos adiit cultor memorabilis agros,
Vt fereret Christi semen amoris ibi.
Nec sterili ac vacuo Fresonum defuit arvo,
Idque novi fecit germinis esse ferax.

(bl) Producam versus, quibus castitatis gradus definit:
Sex gradibus consummatur perfectio casta:
Primum, dum vigilas fluxum nescire petulcum;
Quem sequitur, lasciva diu non volvere corde;
Tum, ne vel leviter speciem cernendo cupiscas;
Quartus erit: nec simpliciter genitale moveri;
Quintus: ob auditum Veneris nil mente vagari;
Ultimus: in somnis nullo phantasmate ludi.

(bm) Cuius historicum poëma, de rebus Normannorum in Sicilia, Appulia & Calabria gestis, his incipit:
Gesta ducum veterum veteres cecinere poëtæ,
Aggrediar vates novus edere gesta novorum:
Dicere fert animus, quo gens Normanica ductu
Venerit Italiam: fuerit qua causa morandi,
Quosve secuta duces Latii sit adepta triumphum.

METELLO Tegerſenſi, GAVFERIO monacho Caſinenſi, AMATO monacho Caſinenſi, GVALFREDO epiſcopo Senenſi, FVLCOïO ſubdiacono Meldenſi, GVALDONI monacho Corbeienſi, ADEMARO monacho Ecoliſmenſi, ADELMANNO epiſcopo Brixienſi, ADELBOLDO epiſcopo Ultrajectenſi, EGEBERTO clerico Leodienſi, LEONI Papæ Romano IX, ARNVLFFO monacho, GVNTERO monacho S. Amandi, EKEHARDO monacho Gallenſi, HERMANNO contracto, CLEMENTI Papæ olim GVVIBERTO epiſcopo Ravennatenſi (*bn*) VRBANO II. Papæ (*bo*) IOANNI archidiacono Barenſi, THEODORICO Caſinenſis gymnaſii presbytero, ALBERICO Cardinali, PANDVLPHO presbytero Capuano, LANDENVLPHO, WOLSTANO monacho Wintonienſi (*bp*) OSVVALDO monacho Wigornienſi, IOANNI Garlandio, MARBODO Britanno, BERNONI abbati Augienſi, OSBERTO monacho Cantuarienſi, HELPERICO monacho cœnobii S. Gal-

(*bn*) Cuius exſtant verſus ad Anti Papam Urbanum:
Diceris Urbanus, cum ſis proiectus ab urbe;
Vel muta nomen, vel regrediaris in urbem.

(*bo*) Qui Clementi ita reſpondiſſe fertur:
Clemens nomen habes, ſed clemens non potes eſſe;
Tradita ſolvendi cum ſit tibi nulla poteſtas.

(*bp*) Qui libro de vita S. Swithuni, carmine ſcripto, hanc templi cuiusdam deſcriptionem inſeruit:
Inſuper excelſum feciſtis & addere templum,
Quo ſine nocte manet continuata dies.
Turris ab axe micat, quo ſol oriendo coruſcat,
Et ſpargit lucis ſpicula prima ſua.
Quinque tenet patulis ſegmenta oculata feneſtris,
Per quadrasque plagas pandit ubique vias. &c.

S. Galli, THEODERICO monacho ordinis S. Benedicti, BERNARDO monacho Corbeiensi in Saxonia, GVIDONI episcopo Ambianensi, HARIVLFO abbati Aldemburgensi, GAVZBERTO monacho Floriacensi, SMARAGDO, WOLPHELMO abbati Brawillerensi. Solet vitio verti huius ævi poëtis, quod *rythmicam* fecerunt poësin Latinam. Verum hæc res, siquidem contorti nihil, & impuri, versibus admisceatur, non est improbanda. Nec facile eam poëseos Latinæ rationem impugnabunt, nisi qui imitari nequeunt. Certe ipsa SALERNITANA schola, quæ ea versuum structura gaudet, nec barbarum adeo habet stylum, nec res & observationes de nihilo. (*bq*) Num eam solum ob causam rythmica poësis damnanda, quod veteres ignorarunt Romani? Quid de acrostichis, centonibus, anagrammatibus, & huius generis pluribus, fiet? Itane & hæc barbariei habes indicia. En nostrum medio affine seculum!

Duodecimo post Christi natalem seculo *Scholasticos*, vulgo dictos, doctores floruisse, & subtilioris disserendi rationis fundamenta iecisse, constat. Studium *exegeticum* a SALOMONE IARCHI, ABRAHAMO ABEN ESRA, MOSE MAIMONIDE insigniter promotum. LOTHARIVS Imperator, Saxo, volumine *Digestorum*

E reper-

(*bq*) Decerpam nunc solos illos, quibus, quæ victus ratio quolibet anni tempore sit salutaris, exponitur, versus:
Temporibus veris modicum prandere iuberis:
Sed calor aestatis dapibus nocet immoderatis:
Autumni fructus caveas, ne sint tibi luctus:
De mensa sume, quantum vis, tempore brumæ.

reperto *ius Iustinianeum* suæ auctoritati restituit. Juris *Saxonici*, & *Suevici*, volumina, quæ vulgo *specula* audiunt, item *Ius feudale Saxonicum*, & *Magdeburgicum*, hoc tempore fuerunt conscripta, & promulgata. GRATIANI Concordia discordantium canonum *Iuris Canonici* fontem dedit. A Mauris illustres excitatæ Academiæ AVERROË, AVEMPACE, ALGAZALI, & aliis sideribus, coruscantes. Sed sufficiat styli Latini cultores indicasse. Non tango BERNHARDVM abbatem Claræuallensem, qui eloquentiæ plane melleæ vir habetur. POETAS solum LATINOS, quos habeo, do HILDEBERTVM Turonensem archiepiscopum (*br*) THEODORICVM abbatem cœnobii S. Trudonis in episcopatu Leodiensi, PETRVM de Riga Canonicum Rhemensem (*bs*) AEGIDIVM clericum Parisiensem

(*br*) Cuius poëma in Berengarium ita incipit:

Quem modo miratur semper mirabitur orbis,
Ille Berengarius non obiturus obit.
Quem sacra fidei fastigia summa tenentem
Iam dum quinta dies abstulit, ausa nefas:
Illa dies, damnosa dies, & perfida mundo,
Qua dolor & rerum summa ruina fuit.
Qua status Ecclesiæ, qua spes, qua gloria cleri,
Qua cultor iuris iure ruente ruit.

(*bs*) Qui versibus reddidit maximam veteris & novi Testamenti partem, cum applicatione allegorica. Scripsit auctor carmine elegiaco, exceptis translationibus cantici canticorum, lamentationum Jeremiæ, libri Jobi, & Actuum Apostolorum, quas carmine hexametro, eoque rythmico, reddidit. Opus hoc inscribitur AVRORA. Typis editum hucusque non est integrum. Hinc illud, non totum tamen, sed

rensem (bt) MATTHAEUM Laudunensem

sem ex parte, exhibebo in NOTITIA POETARUM MEDII AEVI. Particulæ, quas dabo, sunt: 1. Præfatio ANONYMI elegiaca de conscriptoribus Auroræ agens. 2. Emendationes, additiones, & variæ lectiones, ex MSS. libri *Esthera*, quem ex Aurora decerptum evulgavit Barthius. 3. *Prologus* totius operis hexametro & pentametro scriptus. 4. *Recapitulatio utriusque testamenti*, quæ elegiaco scribendi genere gaudet. Divisa est in distinctiones XXIV. Primæ distinctionis versus carent elemento A. secundæ litera B. tertiæ C. & ita porro. 5. *Excerpta* quædam ex diversis scripturæ S. libris. Selegi inprimis talia, quæ a textu Ebræo abscedunt. 6. Liber *Ruth*.

En Speciminis loco Prologi initium:

Initium mundi quales in origine prima
Traxit ab artificis conditione vices.
Qua fabrica contenta dedit; qua semina rerum;
Omne creatoris munus opusque Dei.
Quodam chirographo Moyse duce carminis huius,
Est animi motus commemorare mei.

(bt) Is *Auroram* PETRI de Riga correxit, & supplementis auxit, aliaque adiecit. Ipsius solius est 1. *præfatio* novo testamento præmissa, quam ex MS. Codice edam. 2. *Epilogus* auroræ, quam cum præfatione evulgabo. 3. Carmen de numero librorum utriusque testamenti, & de modo eos legendi, quod prioribus subiungam. 4. Tractatus de pœna infernali, de quo mox.

Aliquos prologi versus speciminis loco subiungo:

Munus ab Ægidio missum tibi suscipe quæso,
Magne pater, præsul Parisiensis, Odo.
Sæpe aliquo volui vobis servisse videri,
Nec satis adverti, quo modo posset agi.
Donec eo libro, qui bibliotheca vocatur
Causa ad rem faciens, & satis apta, datur.

sem (*bu*) ANONYMUM Canonicum Altidisiorensem (*bw*) SIGEBERTUM monachum Gemblacensem, GUNTHERUM monachum Elvonensem (*bx*) RUPERTUM abba-

(*bu*) Cuius partim, partim Ægidii, opera scriptus est tractatus de eo, quod pœna apud inferos non sit æterna, & rursum è contrario, quod ipsa sit æterna, quem adiunctum reperi MSto cuidam codici Auroræ Petri de Riga, quemque suo tempore typis exscribi curabo.

Primos Matthæi versus dabo:

Manibus inferni non est data pœna perennis,
Namque duplex in eis est data pœna reis.
Credo quod in cœlis largitur gloria ingis,
Cum sit ab æternis motio nulla iugis.
Manibus infernis sic est data pœna perennis
Nam lapsis in eis sit fuga nulla reis.

(*bw*) Cuius carmen de laude & utilitate Auroræ Petri de Riga ex MStis edam.

Ita inchoat poema auctor:

Stringere pauca libet bona carminis huius, & ipsum
Laude vel exili magnificare libet.
Hic ea triticea est panisque allata farina
Hebræo populo de Pharaonis humo.
Hic illud missum de cœlo manna saporem
Omnem gustanti qui sapit ore cibum.

(*bx*) Qui metro complexus est gesta Friderici Barbarossæ Imperatoris. Titulus poematis, decem libris absoluti, Ligurinus.

Ita poema suum orditur:

Ardua sollicito versu, memorandaque seclis,
Gesta cano: mundoque tuos, Friderice, triumphos,
Atque tibi toties conatam illudere frustra
Fortunam, vulgare paro: monstrique biformis
Ambiguos vultus, motusque volubilis orbem

abbatem Tuitiensem, MATTHAEVM Vindocinensem (*by*) BERNHARDVM abbatem Clarevallensem, BERNARDVM Morlanensem, PETRVM Abelardum, GVILIELMVM Britonem (*bz*) ALPHANVM archiepiscopum Salernitanum, NIGELLVM Wirekerum (*ca*) SYLVESTRVM Gyraldum, FRANCONEM abbatem Affligeniensem, EADMERVM episcopum S. Andreæ in Scotia, HERIGERVM abbatem Lobiensem, PETRVM Pictaviensem mona-

 chum

Frenatum virtute tua, casusque sinistros
Exceptos habitu quo prospera mentis eodem.

(*by*) Cuius historiam Tobiæ elegiaco metro scriptam edidit Io. Heringius Bremæ 1642. o. quam editionem cum MSto quodam conferens insignes notavi emendationes, quas cum publico communicabo.

(*bz*) Cuius exstant Philippidos libri XII.
Libro I. ita canit:

Ergo age, Musa, viri tam præcellentis honori
Insudare libens studeas, & ab illius anno
Incipe, quo primum sceptro radiavit eburno
Rex novus: iste novi limes tibi carminis esto.
Deinde, quibus sub eo meruit pollere triumphis
Francia, prosequere, quo milite colla subegit
Neustria Francigenis, Anglorum rege fugato,
Historiamque sequens, procedens ordine recto,
Littora tuta legens ne demergare profundo.

(*ca*) Cuius Brunellus, sive speculum stultorum, ita incipit:

Auribus immensis quondam donatus asellus
Institit, ut caudam posset habere parem.
Cauda suo capiti quia se conferre nequibat,
Altius ingemuit de brevitate sua.
Oravit superos, ut, quod natura negasset,
Muneribus vellent condecorare novis.

chum, (*cb*) PETRVM Mauritium abbatem Cluniacensem, MARBODVM episcopum Redonensem (*cc*) PETRVM Blesensem procancellarium regis Angliæ, PETRVM Capellanum antea bibliothecarium Casinensem, SAXONEM grammaticum (*cd*) PHILIPPVM Harvengium, IOANNEM Sarisberiensem (*ce*) ARNVLPHVM episcopum

(*cb*) Cuius panegyricus, Petro Venerabili Abbati Cluniacensi dictus, ita incipit:

Plaudite felices, hilarescite Cluniacenses:
Redditus est vobis moribus alter Hugo.
Nobilis ille fuit, magnisque parentibus ortus:
Hunc quoque præclarum reddit origo patrum.

(*cc*) Versuum Marbodi in laudem Hildeberti hoc est initium:

Dum tua scripta legens oculos ad nostra reduco,
E cœlo terra videor spectare iacentes.
Sublimi nubes excedunt illa volatu:
Hæc terris hærent humili reptantia gressu.

(*cd*) Qui historiæ suæ Danicæ plura carmina inseruit. Ex Libro VIII. specimen prodeat:

Ut sine regressu pronas agit alveus undas,
Sic ætas hominum, cursim labentibus annis,
Irreditura fluit: præceps ruit orbita fati,
Quam generat finem rerum factura senectus.

(*ce*) Qui Eutheticon scripsit, quod præfationis loco Policratico, sive de nugis curialium & vestigiis philosophorum libris octo eiusdem Ioannis Sarisberiensis, præfigi solet. Audiamus ex Euthetico particulam:

Nummipeta cum libricolis nequeunt simul esse:
Ambos, crede mihi, non capit una domus.
Ergo cave miseros, nec ab his nisi tristia speres:
Nam miseri cultor, quis nisi stultus, erit?

pum Luxoviensem, HENRICUM Septimellensem (cf)

GAL-

Est antiqua nimis, nimis est sententia vera,
Quam docuere patres, Ennius atque Cato:
Tam quod habet, quam quo caret omni desit amico,
Occupet, incumbat, res aliena tamen.
Semper abundabit, qui rebus noverit uti;
Et mens utendi nescia semper eget.
Pauca potest dives, & plurima pauper habere;
Nescit egestatem dives, egenus opes.
Nullus amicus ei, qui multa cupit, nec amicus
Est sibi, cui nimium res aliena placet.
Si cupidus fuerit hostis, caveatur ut hostis,
Si sit amicus, eo cautior esse stude.
Iurat? crede minus; non iurat? credere noli;
Iuret, non iuret, hostis ab hoste cave.
Et fugias, quos livor edax felicibus hostes
Sic facit, ut virtus flectere nulla queat.

(cf) Qui primum magna felicitate gavisus, postea ad summam inopiam redactus, carmen scripsit, quatuor libris distinctum, & hucusque ineditum. Non inelegans poëma est, vocabulis solum nonnullis, non illi tempori quidem, hodierno tamen, invisis, infectum. Vel sola autem versuum gravitas facit, ut luce non indignum fuerit visum carmen viris in critico orbe excellentibus, ex quibus solum Marquardum Gudium nomino, qui id sua manu descriptum, & cum variis codicibus collatum, prelo paravisse videtur. Hoc exemplari, quod illustris Guelpherbytana bibliotheca servat, collato cum Codice quodam, quem nostræ Academiæ bibliotheca habet, usus sum in exscribendo carmine, quod aliquando Deo volente integrum dabo. Hac vice specimina quædam inde decerpta exhibeo. Libro primo auctor queritur de sua miseria, secundo ut inde

libe-

liberetur optat, tertio a philosophia acrius reprehenditur, quarto ab eadem rursus erigitur.

En excerptum ex primo libro:

Cui de te fortuna querar? cui? nescio. Quare,
Perfida, me cogis turpia probra pati?
Gentibus opprobrium sum, crebraque fabula vulgi.
Dedecus agnoscit tota platea meum.
Me digito monstrant. Subsannant dentibus omnes.
Ut monstrum monstror dedecorosus ego.
Turba molendini, grex furni, concio templi,
In mea fœcundis vocibus acta sonant.
Si me commendet Naso, si musa Maronis,
Si tuba Lucani, vix bona fama foret.
Quem semel horrendis maculis infamia nigrat
Ad bene tergendum multa laborat aqua.

Ex secundo libro sequentes produco versus:

Quæ peiora potes meretrix fortuna, noverca
Pessima, Medea dirior, hydra ferox.
Ad nihilum veni. Restans nunc spiritus ossa
Non habet, in quo nil hæc tua probra valent.
Morte nocere putas. Foret hæc mihi causa salutis.
Dupliciter mors est: morte carere, mihi.
Quam lætus quamcunque Deus donaverit horam
Suscipiam. Post hunc stercus in ore tuo.
Quod toties varias sumis furiosa figuras?
Nunc alacris rides. Nunc lacrymosa gemis.
Aurea nunc, nunc sordida; nunc nigra, nunc rubicunda;
Florida nunc, nunc es sordida facta luto.
Semper es inconstans, vaga, mobilis, aspera, cœca,
Instabilis, levior, perfida, surda, fera.
Nunc scio de facto, quod semper culpa redundat
In miserum, qui non, unde tuetur, habet.
Lis quoties oritur aquilas & inter olores
Culpa solet minimis semper iniqua dari.

An-

Audiamus & philosophiam tertio libro sic monentem:

Quid tibi cum lacrymis? lacrymarum copia nullum
Participem voti debilis esse facit.
Qui gemit ingeminat sua damna, dolore dolorem
Ampliat, & duplici funere vivus obit.
Quid tibi & iniusta fortuna? Multaque semper
Passus es opprobrii vincula propter eam.
Vis ipsam non esse vagam? Natura repugnat,
Quæ dedit instabilem semper & esse vagam.
Non hominem redolens hominis denigrat honorem,
Qui nequit adversis prospera iuncta pati.
Aspera ferre decet. Maturant aspera mentem.
Et bene matura plenius uva sapit.
Per nimios æstus gelidas transitur ad umbras,
Sicque per oppositum dulcia quærit homo.
Quid facis immunde? mundique immunda quid optas?
Immundus mundus quæ tibi munda dabit?

Addo libri quarti primas lineas:

Hactenus unde dolor, & quæ fomenta doloris,
Vidimus inventa perfiditate mali.
Nunc opus est morbum lenis ut medicina refrenet,
Atque hostem faciat hostis abesse suum.
Primitus insanas lacrimarum pelle procellas,
Quarum coniugio perditur omne bonum.
Nam dolor attenuat vires, ubi planctus abundat,
Tristitiamque mali decuplat ipse sui.
Si mala dat planctus, malus est hic ergo necesse.
Si malus, ergo nocet. Si nocet, ergo fuge.
Contra mœrorem cape gaudia. Velle refrena.
Atque mali finem semper adesse puta.
Grata superveniet, quæ non sperabitur, hora,
Quæ compensabit fellea prisca favis.
Una serena dies multorum nubila pensat,
Et luteum tergit, quod facit unda, solum.

GALFRIDVM Arthurum dictum archidiaconum Monemuthensem (cg) GODEFRIDVM Viterbiensem (ch) INNOCENTIVM III. Pontificem Romanum, Scriptorem ANONYMVM belli ab Henrico IV. Imp. contra Saxones suscepti (ci) RODVLFUM monachum Floriacensem cognomento Tortarium, MEDIBARDVM, DONNIZONEM presbyterum, GREGORIVM episcopum Tarracinen-

(cg) Cuius vita Merlini, versu heroico non invenusto ad Robertum Lincolniensem episcopum scripta, latet MS. in bibliotheca Cottoniana, teste Guil. Caveo in Hist. Lit. de scriptor. ecclesiast. ed. Londin. 1688. p. 674.

(ch) Qui scripsit Pantheon, sive Chronicon, soluto partim, partim ligato stylo.

Speciminis loco producam versus, quibus physicam rationem, quomodo oves arte Jacobi varii coloris generatæ, sic reddit:

Mittitur a cerebro semen, quo plasma creatur,
Per medium frontis recipit veniendo meatum,
Cui color imprimitur, quem veniendo capit.
Spermatis aspiciens phantastica cellula semen,
Hanc recipit speciem, cui tunc color ille cohaeret,
Plasmaque consimile forma creata feret.
Qualis erat species virgæ, cuiusve coloris,
Tale fit in ventre matris semen genitoris,
Fit color interior sicut & ille foris.

(ci) Inter alia Libro I. hæc auctor:
In Castellani centum de valle latenti
Procurrunt equites, mediosque feruntur in hostes:
Vt segetes grando maturas proterit olim,
Dispergunt, cadunt, adversos confodiuntque,
Colla metunt gladiis, madet undique terra cruore,
Strataque tam latos texere cadavera campos.

cinensem (ck) PANDVLPHVM episcopum Ostiensem, RICHARDVM iudicem Venusinum (cl) HARIVLFVM abbatem Aldemborgensem, ODERISIVM abbatem Casinensem (cm) LAVRENTIVM Veronensem Petri II. Pisanorum archiepiscopi diaconum, RODVLFVM abbatem cœnobii S. Trudonis in agro Leodicensi, RAYNALDVM Cardinalem (cn) GREGORIVM episcopum Sinvessanum (co) AEGIDIVM Parisiensem monachum

ordi-

(ck) Qui versus de transitu peregrinorum ad sepulchrum domini, & captione Hierosolymitanæ urbis rogatu Bernardi Valvensis pulcherrimos fecit teste Petro Diacono de vir. illustr. Casinens. cap. 32.

(cl) Cuius exstat libellus de matrimonio duorum senum Paulini & Pollæ.

Decerpam inde, quæ de honore vestium auctor scribit:

Vir geminas vestes quidam gentilis habebat,
Altera solennis, altera vilis erat.
Ad mensam regis cum pannis vilibus intrans
Sumtus ut ignotus pellitur inde foras.
Qui mox, abiecta sordenti veste, nitenti
Se tegit, & cœnam quam cito regis adit.
Assurgunt proceres. Meliori veste receptus
Submergit brodio tegmine clara dato.
Inde requisitus: faceret cur talia? Vestis,
Non ego, manducet, cui datur, inquit, honor.

(cm) Quem Petrus diaconus versificatoris mirabilis titulo ornat in lib. de vir. illustr. Casinens. cap. XXVIII.

(cn) Qui versificandi scientia antiquis per omnia comparandus: iudice Petro diacono de vir. illustr. Casinens. cap. XLIV.

(co) Qui de captione Casinensis cœnobii versus scripsit mirificos: pronunciante Petro diac. l. c, cap. XXXIII.

ordinis S. Benedicti & medicum (cp) GALFRIDUM de Vino salvo (cq) BALDWINUM Devonium Ar-

(cp) Quem Trithemius ad A. 700. refert, castigatus iure a Jo. Alb. Fabricio in notis ad h. l. Certe Trithemium errasse probat scriptor Ægidio nostro coævus, Ægidius Parisiensis auctor Karolini tempore Cœlestini III, ab A. 1191. ad A. 1198. Pontificis Romani, scripti, qui Libro V, de eruditis Parisiensibus illius temporis agens nostrum sine dubio innuit, dum apud Franc. Duchesnium Histor. Francor. Scriptor. T. V. p. 323. ita:

Nominis ille mei celeberrimus arte medendi
Cum sit & hic ortus, cuius facundia grata est,
Et nunquam laudanda satis, nec in agmine vatum
Nominis extremos sortiri debet honores.

(cq) Qui, iudice Caveo, plurima ligata oratione venuste, ac, supra seculi, quo vixit, sortem eleganter scripsit.

Joannes Lelandus his nostrum laudat: Vir quantum illa permittebant tempora, splendidæ, comptæ, & floridæ eloquentiæ.

Felicis ac facilis venæ poetam habet Johannes Mabillonius.

Scripsit Poëtriam novam, carmine hexametro, nondum typis expressam, luce tamen maxime dignissimam, quam ideo integram aliquando evulgare animus est. Usus sum quatuor Codicibus MSS. olim bibliothecæ Gudianæ, nunc Guelpherbytanæ.

Speciminis loco prodeant sequentes auctoris versus:

Anglia regnorum regina, superstite rege
Richardo, cuius pars est diffusio tanti
Nominis, & mundi, cui monarchia relicta
Est soli, secura sedes sub remige tanto.
Rex tuus est speculum, quo tu speculata superbis:
Sydus, de cuius rutilas fulgore: columna,

Per

Per quam fulta viges: fulmen, quod mittis in hostes,
Laus, quia pene Deum pertingis culmina. Claudam
Singula: Non illo potuit fecisse priorem
Nec voluit natura parem. Sed viribus absit
Prorsus habere fidem. Mors est quæ fortia vincit.
Ominibus ne crede tuis, si tempore parvo
Illuxere tibi. Mox sunt clausura serenum
Turbida facta diem, ducentque crepuscula noctem.
Jam cito rumpetur speculum, speculatio cujus
Gloria tanta tibi: Sidus patietur eclipsin,
A quo sic splendes. Nutabit rupta columna,
Unde trahis vires. Cessabunt fulminis ictus,
Unde tremunt hostes. Et eris de principe serva.
Omnia læta vale tibi sunt dictura. Quiescis:
Sudabis. Rides: flebis. Ditescis: egebis.
Flores: marcebis. Es: vixeris. Attamen istud
Unde scies? Quid ages? Volucrum rimaberis aura
Murmura? Vel motus oculo vel Apolline fata?
Tolle mathematicos. Est augur surdus, aruspex
Cæcus, & ariolus amens. Præsentia scire
Fas homini, solique Deo præscire futura.
Non habet hic patriam. Vetus ille repatriet error,
Et pater erroris gentilis nutriat illum,
Quem genuit, quia sana fides a limine tollit
Ecclesiæ, tripodas Phœbi, soliumque Sibyllæ.
Hoc unum præscire potes, quod nulla potestas
Esse morosa potest, quia res fortuna secundas
Imperat esse breves. Si vis exempla, priores
Respice fortunas. Emarcuit illa priorum
Florida prosperitas. Minos subvertit Athenas;
Ilion Atrides; magna Carthaginis arces
Scipio; sed Romam multi. Fuit alea fati
Tempore versa brevi. Brevis est distantia læti

 Omnis,

Ominis, & mœsti. Nox est vicina diei.
Hæc aliena docent, & te tua fata docebunt.

Multiplicat entia præter necessitatem Jo. Baleus de scriptor. Britann. Cent. 3. n. 38. ed. Basil. 1557. p. 239. scripta Galfridi nostri enumerans. Nam

I. Opus de arte dicendi ad Innocentium III. Rom. Pontificem, quod prosa & carmine hexametro scriptum esse Baleus perhibet, hocque gaudere initio: *Neustria sub clypeo regis defensa Ricardi* idem puto esse cum poetria nova. Hæc enim in nonnullis Codicibus, &, ex iis quos inspexi Gudianis, speciatim in quarto, libellus de artificio loquendi expresse inscribitur. Accedit poëtriam nostram Innocentio III. dicatam esse. Imo quamvis initium ab adducto sit aliud, tamen carmen: *Neustria* &c. legitur poëtriæ insertum vers. 366. seqq. His circumstantiis motus errorem esse pronuntio, quod Baleus librum illum non carmine solo sed & soluto stilo scriptum asserit, neque, licet Jo. Pitseus de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris. 1619. p. 262. Baleo faveat, a sententia recedo, donec inspectio eiusmodi codicis contrarium evicerit. Forte glossam interiectam, eamque prosa scriptam, qua & secundus Gudianorum Codicum gaudet, Baleus & Pitseus textum habuerunt.

II. Liber Galfridi ad Guilhelmum Cancellarium, hoc initio: *Quod Papa scripsi munus speciale* est exigua solum particula Poëtriæ nostræ, imo eius epilogi.

III. Monodia in obitum regis non videtur differre a carmine lugubri illo, quod Baleo superius dicebatur librum de arte dicendi inchoare.

IV. Carmen ad Cæsarem Henricum pro liberando Rege idem est, credo, cum carmine eiusdem argumenti, poëtriæ novæ annexo epilogi vice.

Scripsit & Ganfredus Vinesauf, Baleo teste, de statu Romanæ curiæ librum, cuius initium: *Nuper Apostolica Galfridus sede*

fide relicta. Prodiit solo Ganfredi nomine inter varia doctorum piorumque virorum de corrupto ecclesiæ statu poëmata, quæ cum præfatione Matth. Flacii prodierunt Basileæ 1556. o. p. 418. Putavit ineditum carmen Jo. Mabillonius: illudque velut Anonymi scriptum evulgavit in Analector. Veter. Tom. IV. Paris. 1685. p. 535. Differunt editiones non lectionibus solum, sed & aliis rebus. Flaciana distichon habet in fine, quo destituitur Mabilloniana. Recte meo iudicio. Stylus evincit, non esse eiusdem autoris carmen, & assutos versus. Mabilloniana editio exhibet præfationem 48. versuum, qua Flaciana caret. Illud vero mireris, editores hos duos, scopo prorsus contrario motos, carmen illud edidisse. Flacius auctorem impugnare, Mabillonius defendere, curiam Romanam credidit, quod vel utriusque editionis inscriptiones ostendunt. Flaciana hæc est: *Ganfredus de statu curiæ Romanæ & de eius ironica recommendatione.* Mabilloniana hæc: *Veteris poëtæ carmen apologeticum, interlocutoribus Ganfrido & Aprile, adversus obtrectatores curiæ Romanæ.* Subscribo sententiæ Mabillonii persuasus: 1. Auctoris addictissimo erga Pontifices animo, qui ex reliquis scriptis elucet. Præstruo nostrum Galfridum poëmatis conditorem esse. 2. Lectio carminis scopum apologeticum fuisse probat. Neque occurrunt, quæ ironiæ suspicionem vel levem præbeant. 3. Præfatio versibus 25. sequentibusque scopum carminis, expressis verbis, defensionem esse Papæ, & Curiæ Romanæ, indicat. Ut itaque vel mala fide suppressisse Flacius præfationem, vel saltim sine causa manifesta defensionem ironicam habuisse, dicendus sit.

Mabillonius defensionem scriptam vult medio decimo tertio seculo ex indiciis non satis certis. His tamen positis sequeretur, vel quinquaginta annos intercessisse inter elaborationem poëtriæ novæ, & inter defensionis conscriptionem, quod minus vero simile, vel diversos fuisse Ganfredos binorum poëmatum auctores. Ego, tertium admittens, Mabillonii fundamen-

Archiepiſcopum Cantuariorum; GVIDONEM presbyterum Caſinenſem, GODFRIDVM Wintonienſem, PETRVM Cardinalem, HENRICVM Huntingtonenſem, GELASIVM Pontificem Maximum, LAVRENTIVM Dunelmenſem, ALGERVM monachum Corbeienſem (cr) SERLONEM abbatem Fontanum, GVNTHERVM monachum Elvonenſem (cs) EALREDVM abbatem Rhievallenſem, ECKARDVM primum abbatem monaſterii S. Laurentii quod Vraugia dicitur (ct) THOMAM BECKETVM archiepiſcopum Cantuarienſem, PETRVM Comeſtorem presbyterum eccleſiæ Trecenſis (cu)

GVA-

damenta reiicio, & Balei auctoritatem ſequor. Iudicent alii, annon & ſtylus apologiæ, a ſtylo poëtriæ non diverſus, mihi faveat, ex ſpecimine ſequenti:

Papa brevis vox eſt, ſed virtus nominis huius
Perluſtrat quicquid mundus ubique tenet.
Hic eſt Helias, magni de vertice montis
Cœleſti tumidos qui ferit igne viros.
Hic Samſon typicus, quo percutiente Philiſtim,
Stravit millenos faux aſinina viros.
Liberat hic idem deprenſis vulpibus agros,
Nec iam ſchismaticis vexat ovile lupus.
Non dubitat forti pater obvius ire leoni,
Maxilliſque graves impoſuiſſe manus.

(*cr*) Qui carmine valens fuit & proſa, teſte Jo. Trithemio de ſcriptor. eccleſ. n. 328.

(*cs*) Qui eleganti metro librum ſcripſit de paſſione S. Cyriaci, iudice Trithemio de ſcriptor. eccleſ. n. 354.

(*ct*) Qui metro excellens fuit, Trithemio teſte l. c. n. 378.

(*cu*) Qui carmine exercitatus fuit, & proſa, ſcripſitque utroque ſtylo quædam præclara opuſcula: annotante Trithemio l. c. n. 380.

GVALONEM Britannum, CONRADVM monachum Hirsaugiensem (cw) GVILHERMVM Rameseye monachum Crolandensem, HILDEGARDEM abbatissam cœnobii S. Ruperti Bingensis, RICARDVM Plutonem monachum Cantuariensem, PETRVM Bladunium ordinis S. Benedicti in cœnobio Malmesberiensi monachum, DANIELEM Churche (cx) RADVLPHVM Albanium, ROGERVM Cisterciensem (cy) RICHARDVM Præmonstratensem monachum & Abbatem in Anglia, MAVRITIVM Somersetum monachum Fordensem, HENRICVM Suinesium abbatem Glasconiensem (cz) ANSELMVM archiepiscopum Cantuariensem, CONRADVM monachum Brunwillerensem, RANGERIVM episcopum Lucensem, BALDRICVM abbatem Burguliensem postea archiepiscopum Dolensem (da) FVLCHERIVM Carnotensem

G

(cw) Poëtam insignem, iudicante Trithemio l. c. n. 384.

(cx) Quem poëtam elegantem fuisse pronunciat Jo. Baleus scriptor. Britan. Gent. 3. n. 71. ed. Basil. 1557. p. 221.

(cy) Cuius encomium D. Mariæ canoris versibus scriptum esse iudicat Baleus l. c. n. 23. p. 224.

(cz) Qui latini sermonis elegantiam, oratione tum soluta, tum constructa accurate calluit, & stylo exercuit, indicante Jo. Pitseo de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris. 1619. p. 258.

(da) Cuius carmina historica exstant in Franc. Duchesne historiæ Francor. scriptor. Tom. IV. ed. Paris. 1641. p. 251.

Afferam epitaphii, quod scripsit Reginaldo, clerico, aliquos versus l. c. p. 255.

Scripta solent veterum mores efferre Catonum,
Mirandos nostris temporibusque suis.
At tua magna fides tentum Rainalde Catones,
Longe praecessit, infestaque timore

Archiepiscopum Cantuariorum ; GVIDONEM presbyterum Casinensem, GODFRIDVM Wintoniensem, PETRVM Cardinalem, HENRICVM Huntingtonensem, GELASIVM Pontificem Maximum, LAVRENTIVM Dunelmensem, ALGERVM monachum Corbeiensem (*cr*) SERLONEM abbatem Fontanum, GVNTHERVM monachum Elvonensem (*cs*) EALREDVM abbatem Rhievallensem, ECKARDVM primum abbatem monasterii S. Laurentii quod Vraugia dicitur (*ct*) THOMAM BECKETVM archiepiscopum Cantuariensem, PETRVM Comestorem presbyterum ecclesiæ Trecensis (*cu*)

GVA-

damenta reiicio, & Balei auctoritatem sequor. Iudicent alii, annon & stylus apologiæ, a stylo poëtriæ non diversus, mihi faveat, ex specimine sequenti:

Papa brevis vox est, sed virtus nominis huius
Perlustrat quicquid mundus ubique tenet.
Hic est Helias, magni de vertice montis
Cœlesti tumidos qui ferit igne viros.
Hic Samson typicus, quo percutiente Philistiim,
Stravit millenos faux asinina viros.
Liberat hic idem deprensis vulpibus agros,
Nec iam schismaticis vexat ovile lupus.
Non dubitat forti pater obvius ire leoni,
Maxillisque graves imposuisse manus.

(*cr*) Qui carmine valens fuit & prosa, teste Jo. Trithemio de scriptor. eccles. n. 328.

(*cs*) Qui eleganti metro librum scripsit de passione S. Cyriaci, iudice Trithemio de scriptor. eccles. n. 354.

(*ct*) Qui metro excellens fuit, Trithemio teste l. c. n. 378.

(*cu*) Qui carmine exercitatus fuit, & prosa, scripsitque utroque stylo quædam præclara opuscula: annotante Trithemio l. c. n. 380.

GVALONEM Britannum, CONRADVM monachum Hirsaugiensem (cw) GVILHELMVM Rameseye monachum Crolandensem, HILDEGARDEM abbatissam cœnobii S. Ruperti Bingensis, RICARDVM Plutonem monachum Cantuariensem, PETRVM Bladunium ordinis S. Benedicti in cœnobio Malmesberiensi monachum, DANIELEM Churche (cx) RADVLPHVM Albanium, ROGERVM Cisterciensem (cy) RICHARDVM Præmonstratensem monachum & Abbatem in Anglia, MAVRITIVM Somersetum monachum Fordensem, HENRICVM Suinesium abbatem Glasconiensem (cz) ANSELMVM archiepiscopum Cantuariensem, CONRADVM monachum Brunwillerensem, RANGERIVM episcopum Lucensem, BALDRICVM abbatem Burguliensem postea archiepiscopum Dolensem (da) FVLCHERIVM Carnotensem

G

(cw) Poëtam insignem, iudicante Trithemio l. c. n. 384.

(cx) Quem poëtam elegantem fuisse pronunciat Jo. Baleus scriptor. Britan. Cent. 3. n. 71 ed. Basil. 1557. p. 221.

(cy) Cuius encomium D. Mariæ canoris versibus scriptum esse indicat Baleus l. c. n. 23. p. 224.

(cz) Qui latini sermonis elegantiam, oratione tum soluta, tum constructa accurate calluit, & stylo exercuit, indicante Jo. Pitseo de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris. 1619. p. 258.

(da) Cuius carmina historica exstant in Franc. Duchesne historiæ Francor. scriptor. Tom. IV. ed. Paris. 1641. p. 251.

Afferam epitaphii, quod scripsit Reginaldo clerico, aliquos versus l. c. p. 255.

Scripta solent veterum mores efferre Catonum,
Mirandos nostris temporibusque suis.
At tua magna fides centum Rainalde Catones
Longe præcessit, iustitiaque [illegible]

sem (db) FVLCONEM, GILONEM Parisiensem, GAVFRIDVM Grossum monachum Tironiensem, RAYNALDVM abbatem Vezeliacensem postea archiepiscopum Lugdunensem.

Tertio post decimum seculo Poësis Latina culta inprimis fuit ab EBERHARDO Betuniensi (dc) THOMA Can-

(db) Cuius Historiæ Hierosolymitanæ inserti sunt plurimi versus, ex quibus sequentes, qui in Franc. Duchesne historiæ Francorum scriptoribus Tom. IV. ed. Paris. 1641. leguntur, do:

Ensibus extractis currit gens nostra per urbem.
Nec cuiquam parcunt etiam miserere precanti.
Vulgus erat stratum, veluti cum putrida motis
Poma cadunt ramis, agitataque ilice glandes.

(dc) Qui scripsit Græcismum versu, ut ipse Eberhardus prodit in Labyrintho suo Tr. III. v. 71. 72. Ad quæ verba manuscripta quædam glossa observat: esse in hoc carmine pulchrum metrum, atque illud præ reliquis poëmatibus a rectoribus scholarum discipulis prælegendum esse.

Composuit etiam Labyrinthum, sive carmen de miseriis rectoris scholarum, in quo officia pædagogi exponit, inprimisque artis rhetoricæ & poëticæ ideam sistit, ita ut, nisi stylo gauderet satis eleganti, vel ob solas res in eo traditas legi, mereretur. Typis quoniam nondum prodiit, textum omnem aliquando ex codicibus quibusdam, maxime Helmstadiensibus, manuscriptis exhibebo.

Hac vice speciminis loco sint sequentia:

Quis pius est? Christus. Quis habet de virgine carnem?
Christus. Quis mundus crimine? Christus homo.
Parentes minime quia peccavere parentes
Primi, causa ob id in cruce Christus obit.
O miranda patris pietas, qua venit ab alto
Filius, humanum vivificare genus.

Cantipratano, IOSEPHO Exonienſi ſive DEVONIO Iſcanio (dd) SIMONE Fraxino Canonico Herefordenſi, S. FRANCISCO ordinis huius nominis auctore, ADAMO abbate Dorenſi, GUNTHERO primum ſcholaſtico deinde cœnobii Pariſienſis in diœceſi Baſilienſi monacho

 ordi-

Quem poſſet miſeris genitor nato meliorem,
Aut quem maiorem, mittere, quemve parem?
Cur miſit? quia tempus erat. Quare? quia laſit
Hoſtis. Cur? hominum perurcioſus erat.

(dd) Qui ſtylo adeo culto & emendato ſcripſit, ut opus eius de bello Troiano quidam Cornelio Nepoti adiudicaverint, in quibus eſt editor Baſileenſis 1541. Samuel vero Dreſemius libros ſex de bello Troiano Iſcanio vindicavit editione Francofurtenſi 1620.

Damus primos Libri ſexti verſus:

Segnior ex licitis mœrentia ſigna catervis
Troia movet, rorant clypei, criſtaque gravantur
Luctibus, anguſtum crebris ſingultibus aurum
Rumpitur, arma nocent, toto nil agmine lætum,
Dulce nihil: ſigna ipſa minus pugnantia vento
Mentitas laxant animas, morituraque tardis
Flatibus inclinant faciles languere dracones.
At ſonipes, animi non argumenta ſuperbi
Iratas iterat voces, non pulvere capto
Multiplicat ſuſpenſa, levi veſtigia gyro,
Non fremit incertum, ſed tota immergitur arvis
Vngula, ſubmittitque equitem, aurigamque peroſus
Avertit collo venientia frena reflexo
Stridentem litui gemitum, ſtridentia reddunt
Iuſſa tubæ, nullique ſonant non triſte tumultus.

ordinis Cistercienfis (de) RICARDO canonico Londinensi (df) Philippo GVALTERO de Castellione (dg) GVILHELMO Peregrino (dh) HELINANDO Gallo monacho ordinis Cisterciensis in coenobio montis Frigidi in dioecesi Bellovacensi (di) IOANNE Hanwillensi cognomento Architrenio monacho ad Albani fanum (dk) ENGEL-

(de) Quem tanquam poëtam, spiritus & ingenii haud vulgaris, immo ut illo aevo mirandum, proque barbari seculi captu perelegantem, commendant Just. Lipsius, Is. Casaubonus, Gerh. Joh. Vossius, Conr. Rittershusius apud Caveum in Hist. Lit. Script. Eccles. ed. Londin. 1688. p. 706.

(df) Qui exercitatione longa talis tandem evasit orator & poëta, quales ea aetas rarissimos nutriebat: iudice Jo. Baleo scriptor. Britan. Cent. j. n. 44. ed. Basil. 1557. p. 242.

(dg) Qui scripsit gesta Alexandri M. eleganti metro. Hic liber in scholis Grammaticorum, tantae dignitatis erat tempore Henrici Gandavensis, ut prae ipso veterum poëtarum lectio negligeretur, teste Henrico de scriptor. eccles. cap. 20. Poëtam egregium habet Caveus in Hist. Lit. Script. eccles. P. 2. ed. Genev. 1699. p. 230.

(dh) Quem poëtam per eam aetatem excellentem habet Jo. Baleus de scriptor. Britann. Cent. 3. n. 45. ed. Basil. 1557. p. 242.

(di) Rhythmos eius tam eruditos & fluidos esse, ut nullis antiquis, aut modernis, quicquam debeant, censet Antonius Loisellius.

(dk) Qui Miraculum eloquentiae dicitur Lelando. Poeta egregius, ingeniosus & elegans habetur Baleo scriptor. Britan. Cent. 3. n. 49. De diversis rebus diversa composuit poëmata, stylum affabre subiectis materiis applicans, & artificiose concinnans, in gravibus gravitatem Virgilii, in mediocribus profluentem Ovidii Nasonis venam, in redarguendo satyricos Horatii sales pertinaciter sectatus est, imo felici-

ENGELBERTO abbate Admontensi, SILVESTRO Giraldo, GERARDO monacho Cœnobii S. Quintini in Insula, MAVRITIO Morganio (*dl*) ROGERO Hovedeno, ALANO de Insulis Theologo Parisiensi postea episcopo Autisiodorensi denique monacho Clarevallensi (*dm*)

tertantum non consecutus. Scripsit latinissime, &, ut illa ferebant tempora, elegantissime. Ita iudicat Jo. Pitseus de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris. 1619. p. 267.

(*dl*) Qui pro sua ætate singularis habebatur poëta, teste Jo. Baleo de scriptor. Britann. Cent. 3. n. 64. ed. Basil. 1557. p. 257.

(*dm*) Cuius liber de planctu naturæ oratione partim ligata, partim soluta, scriptus est. Prodiit quidem in Alani operibus studio Caroli de Visch Antverpiæ 1654. p. 281. Potest autem editio Vischiana in plurimis locis ex MSto quodam, quod mihi obtigit, emendari. Unde lectiones rectiores ex Codice scripto suo tempore dabo.

Huc pertinet, præter alia, Alani Doctrinale minus, alias liber parabolarum, qui legitur in editione Antverpiensi pag. 421. Offendi eius exemplar manuscriptum titulo: Compilationis proverbiorum; commentario anonymi illustratum. Misso commentario lectiones veriores aliquando enotabo. Ut de vena Alani poëtica iudicium ferri possit ex libro de conquestu naturæ exordium depromam:

In lacrymas risus, in luctus gaudia verto:
In planctum plausus, in lacrymosa iocos.
Cum sua natura video decreta silere,
Cum Veneris monstro naufraga turba perit.
Cum Venus in Venere pugnans illos facit illas,
Cumque sui magica devirat arte viros.
Non fraus tristitiam, non fletus, fraudis adulter,
Non dolus, imo dolor, parturit, imo parit.
Musa rogat. Dolor ipse iubet. Natura precatur,
Ut donem flendo flebile verbis melos.

GVALTERO Morganio, NICOLAO de Braia (dn) GVILHELMO Leycestre vel de Montibus cancellario Lincolniensi, SIMONE Stokio magistro generali ordinis Carmelitarum, IVSTINO Lippiensi (do) GVALTERO Mapes ara-

(dn) Qui gesta Ludovici VIII. scripsit. inserta Franc. Duchesne Historiæ Francor. Scriptor. Tom. V. ed. Paris. 1649. p. 290. Ita inchoat opus suum auctor:

Magnanimi regis Ludovici fortia gesta,
Quam probus extiterit, qua bellica Gallia vidit
Hoc duce regnante, & quanta probitatis honores,
Quot laudum titulos fuerit, dum vixit, adeptus
Musa refer: cui ni fatales fila sorores
Tam cito rupissent vita, florente juventa
Magnus Alexander, cui totus subditus orbis
Paruit, hic rediens a Gadibus Herculis usque
Ad Gangem, brevis ac humilis succumberet illi,
Respectuque sui Romana gloria gentis
Laudibus & meritis contemptus Julius esset.

(do) Qui in Lippiflorio suo, sive poemate de primordiis Comitatus Lippiensis, & rebus gestis aliquot Comitum Lippiensium, ita canit:

Festa dies agitur, coeunt cum plebe Quirites,
Fitque modis variis ludus equestris ibi.
Confligunt clypei clypeis, & casside cassis
Tunditur, hastarum fragmina mille volant.
Inflatur buxus, quatiuntur tympana, clangit
Tibia, scurrarum mobile vulgus adest.
Hic tyro phaleratus equo radiantibus armis
Evolat, hic citius nulla sagitta volat.
Hasta manum, fulgens auro clypeus latus ornat
Cassis & electro vermiculata caput.
Flectit equum frenis, hastas truncare laborat
Miles, in oppositum qui velit ire, tepet.

archidiacono Oxoniensi (dp) IACOBO Cajetano (dq) HENRICO Rosla Nienborgensi Saxone (dr) ALEXANDOO de Villa Dei Minorita Dolensi Aremorico, IOANNE de S. Omero, CONRADO de Mure præcentore ecclesiæ Tigurinæ, ADAMO Barkingensi monacho Schirburnensi, AEGIDIO Parisiensi, GERVASIO de Melkeleya (ds) LEONE Parisiensi, RICARDO Eligensi monacho Anguillariano, IOANNE Canonico ordinis S. Augu-

stini

(dp) Quem latine, eleganter, lepide, & facete, omnia scripsisse fatetur Jo. Pitseus de illustr. Angl. scriptor. ed. Paris. 1619. p. 284.

(dq) En initium carminis de Jubilæo:

Aurea centeno consurgunt secula Phœbo,
Et radiat cœleste iubar, miseratus ab alto
Filius æterni Patris de virgine carnem
Indutus redimitque suo de sanguine culpas,
Grande datum miseris, Romam, qui limina Petri
(Cui reserare polos datur & concludere cœlum.)
Deproperant, Paulique ducis pia templa revisunt.

(dr) Qui scripsit Herlingsbergam, sive poëmation de bello inter Henricum Mirabilem, Ducem Brunsuicensem & Lunæburgensem, ac confœderatos Saxoniæ Principes, gesto ob arcem Herlingsbergam. Sequentes ex opere decerpti sunt versus:

Dux Brunsuicensis optato tempore fretus
Horridus erigitur, ac ira vindice motus,
Dum recolit fastus illati, dumque doloris
Perpessi, totus gravis & ferus imminet hostis;
Et breviter, corde gaudens, ulciscimur, inquit,
Gens & terra mea mecum. Sic illicet orsus
Exanimatque viros, nunc hos, nunc proterit illos.

(ds) Quem Poëtam per illud seculum felicem habet Baleus de script. Britann. Cent. 3. n. 77. ed. Basil. 1557. p. 266.

stini (*dt*) THOMA Wicke Canonico Oxoniensi, STEPHANO Parisiensi, ALEXANDRO Neckam abbate Excestriensi (*du*) WILHELMO, STEPHANO Langton archiepiscopo Cantuariensi, MICHAELE Blaunpaino Cornubiensi (*dw*) GREGORIO Huntyngton Priore Ramesiensi, ALEXANDRO Essebiensi Priore Canonicorum regularium D. Augustini (*dx*) IOANNE Grammatico (*dy*) IOANNE de Hayda, IOANNE Hovedeno Pastore (*dz*) IOANNE Peckam archiepiscopo Cantuariensi, IOANNE monacho Bertiniano.

Seculum *decimum quartum* POESI LATINA ornarunt ANONYMVS ille, qui pœnitentiarium lupi, vulpis

(*dt*) Qui in poësi quædam satis feliciter scripsit, iudice Jo. Pitseo de illustr. Angl. Scriptor. ed. Paris. 1619. p. 324.

(*du*) Quem olim poëtam insignem habitum fuisse testatur Baleus de script. Brit. C. 3. n. 86. ed. Bas. 1557. p. 272.

(*dw*) Qui condendorum carminum peritiam tanquam ab ipsis fontibus hauriebat, unde poëta suo tempore per Angliam & Galliam percelebris fuit, notante Baleo l. c. Cent. 4. n. 10. p. 299.

(*dx*) Qui, iudice Baleo, inter rarissimos suæ tempestatis rhetores ac poëtas merito celebrandus. De fastis seu sacris diebus elegiaco metro tractatum edidit. In quo maiora festa ac sanctorum per anni circulum vitas pulchre descripsit. Et licet eius carmina non habeantur omni ex parte emuncta, nitida & pura, ut hæc peteret ætas: sunt tamen eruditionis plena, ac plerumque Virgilianum aliquid spirantia. v. Jo. Baleus Scriptor. Britan. Cent. 4. n. 29. ed. Basil. 1557. p. 318.

(*dy*) Qui rhetor ac poëta insignis olim habitus, teste Baleo l. c. n. 40. p. 325.

(*dz*) Quem poëtam non vulgarem habet Jo. Pitseus de illustr. Angl. Scriptor. ed. Paris. 1619. p. 356.

pis & asini scripsit, (ea) GVIDO presbyter Ferrariensis (eb) ALBERTINVS Mussatus, ADOLPHVS (ec)

H FRAN-

(ea) Ex confessione asini de integro poëmate iudicium feratur:

Sum piger, & tardus; Ad sepem frango sacellum,
Ut cadat in luteum pulchra farina solum.
Prataque depopulor; non propria gramina calco;
Patris perminxi sæpius ossa mei.
Pondera laturus fugiendo fatigo ministrum;
Sæpe secuturis calce sigillo caput.
Clitellam dorso depono, recalcitro, nunquam
Suscepta mole sponte propinquo molæ.
Ecce peregrinus ad sanctum limen iturus
Carpebat socias me comitante vias.
Calceus eius erat vestitus stramine, pendet
Straminis immundo pars aliquanta pede.
Detraho de solea peregrini stramina morsu:
Exiguum fateor sic nocuisse viro.

(eb) Quem poëtæ insignis elogio mactat Jo. Trithemius de scriptor. eccles. n. 541. dicitque: scripsisse Guidonem tam metro quam prosa non contemnendæ lectionis opuscula.

(ec) Qui scripsit elegiaco carmine fabulas nondum editas, & a me edendas, non quidem ob elegantiam, sed ob iucunditatem. En fabulam VIII.

Omnes audite. Referam mirabile quoddam
De quodam iuvene, quem Venus angariant.
Huic pater affectans legis sociare cubile,
Ne lenæ possent illaqueare probum.
Luxuria natus incensus putris amore,
Et voluit binos semper habere thoros.
Huic pater, o nate, tu noli spernere sanum
Consilium patris: Sufficit una tibi.
Semper vult dux hic stultus habere grabatum.
Se credit posse multa iuventa rudis.

FRANCISCVS PETRARCHA, ROBERTVS Baston monachus Scardeburgensis Carmelita (*ed*) HERMANNVS de Schildis ordinis fratrum eremitarum S. Augustini, ADAMVS Nutzarde artium magister Oxoniensis (*ee*) IOHANNES BOC-

Convictus tandem precibus patris, inquit: In uno
Esse thoro cupio temporis articulo.
A patre pulcra nimis nato virgo sociatur,
Quam satiare nequit viribus ille suis.
Eius equus fessus. Iubet hac complere diatam.
Ille, labore licet, lassus, inersque piger.
Anno completo cadit in foveam lupus atrox.
Adsunt rusticuli. De nece sunt queruli.
Hi dicunt: laqueo; quidam: flamma; perimendum
Esse lupum. Tumulis hi tumulare volunt.
Hic dicit: pœnam se nosse magis truculentam;
Qui petiit duplicem semper inire thorum.
Consulit, ut mulier mala statim (qua solet omni
Dolo esse plena) pro nece detur ei.
Quaritur inde lupus: Si gliscat ducere sponsam,
Ut possit vitam continuare suam.
Nec mora. Raptor eis fertur responsa dedisse
Talia: Se nolle ducere legitimam.
Nexibus uxoris nullam servat microcosmus
Maiorem pœnam, credite ruricolae.
Carius insignem mortem necis volo ferre,
Quam crude perpetua cum muliere lui.
Femina prava nece scio quod praponderat omni.
Mors transit subito. Femina crebro nocet.

(*ed*) Poeta laureatus Oxonii: teste Jo. Baleo scriptor. Britann. Cent. 4. n. 92.

(*ee*) Poeta sua tempestate non vulgaris fatente Baleo l. c. Cent. 5. n. 63.

BOCCATIVS, CONRADVS de Altzeya, GVILHELMVS Coventre monachus Carmelitanus, IACOBVS de Benedictis ex ordine Minorum, PETRVS Babyon (ef) VRBANVS V. pontifex Romanus, GVALTERVS Wiburne (eg) COLVCIVS Cancellarius Florentinus, IOHANNES Bridlynton præses canonicorum regularium in Bridlingtonensi cœnobio, RICARDVS Maydeston Carmelita Aylesfordiensis (eh) IOANNES Somer Franciscanus.

Incertæ ætatis, medii tamen ævi, habentur REMVS FAVINVS (ei) Pseud - OVIDIVS (ek) OFILIVS Sergianus

(ef) Qui carmine exercitatus tantum in literis profecit, quantum illa admirabantur secula. Juvenis carmina edidit, ad quæ pangenda natum dixisses. Ingenium plane illi acutissimum neque felix inventio defuit: usque adeo, ut non raro ad iustam gratiam & carminis maiestatem assurgeret. Ita Baleus l. c. Cent. 6. n. 23.

(eg) Qui carminum author magnus enituit. Vnde & encomium Christiparæ virgini carmine hexametro cecinit illi seculo plane non contemnendo: teste Jo. Baleo Scriptor. Britann. Cent. 6. n. 24.

(eh) Johanni Lancastriæ duci a confessionibus concordiam inter Regem Ricardum & cives Londinenses A. 1393. firmatam hexametris pentametrisque versibus descripsit, elegantioribus quam solebat ea ætas dare: iudice Baleo l. c. n. 86.

(ei) Cuius exstant de ponderum deque mensurarum vocabulis carmina. Præfationem adiecit P. Aeolicus, in qua Remum dicit virum undecunque peritum, qui carmine rem aggressus ita perfecit, ut Phidiæ opus appareat.

(ek) Ex amatoriis scriptis, quæ medio ævo confecta sunt, plurima Ovidii nomen falso præ se ferre observant eruditi.

In his est *trium puellarum* liber, qui, quoniam non inelegans est, specimen aliquod suppeditavit:

Ah quales humeros, & qualia brachia vidi!
Candida crura nimis non valuere minus.
Parva papilla fuit, fuit apta, fuit speciosa.
Si paulo rigida non minus apta fuit.
Pectus erat planum, planus sub pectore venter.
Formabat medium corpus utrumque latus.
Non referam, quamvis poteram meliora referre,
Illa cum vidi, sed tibi non referam.
Vix me continui, cum corpora nuda viderem,
Cum raperem cupida lactea membra manu.

(*el*) Cuius nomen præ se fert Elegia quædam de *pulice*, quam se primum evulgare credidit Melch. Goldastus cum Ovidii eroticis Francof. A. 1610. Fallitur tamen. Prodiit enim iam seculo decimo quinto typis expressa. Ea editio longe correctior est Goldastiana, & quoniam Manuscriptis codicibus raritate non cedit, operæ duxi pretium lectiones rectiores enotare NOTITIAE POETARVM MEDII AEVI inserendas.

(*em*) Hunc autorem prodit *Pamphilus* sive de *arte amandi* Elegiæ. Edidit eas cum prædicto scripto Goldastus, non tamen primus. Codex seculo XV. excusus, anteaque laudatus, emendationibus pluribus occasionem subministrat, quas aliquando indicabimus.

Speciminis vice audiamus Galatheam Auctoris:

Pamphile tolle manus. Te frustra nempe fatigas:
Nil valet iste labor. Quod petis esse nequit.
Pamphile tolle manus. Male nunc offendis amicam.
Iamque redibit anus. Pamphile tolle manus.
Heu mihi quam parvas habet omnis femina vires!
Quam leviter nostras vincis utrasque manus.
Pamphile nostra tuo cum pectore pectora lædis.
Quod me sic tractas est scelus atque nefas.

CISEVS (*en*) LAVINIVS ordinis prædicatorii (*eo*) IACOBVS presbyter (*ep*) ANONYMVS auctor Poëtriæ, Albus

H 3 OVI-

Desine, clamabo. Quid agis male? deteger a te.
Perfida, me miseram! quando redibit anus?
Surge, precor. Nostras audit vicinia lites.
Qua tibi me tradidit non bene fecit anus.
Huius victor eris facti, licet ipsa reluctor:
Sed tamen inter nos rumpitur omnis amor.

(*en*) Cuius nomen legitur in *Epistola cuiusdam amantis ad quandam puellam*, eaque satis eleganti, quod vel ex sequentibus patebit:

Est tibi cæsaries nitido fulgentior auro,
Collaque non tacta candidiora nive.
Pulchrior humano vultus, lustraque colore
Pectore punicia, purpureaque gena.
Lumina sideribus certant, & labra corallis.
Denique candidius marmore quicquid habes.

(*eo*) Cuius Epigramma de *antiquitate urbis Viennæ* ita incipit:

Urbs antiqua, potens armis, clarissima gente
Allobrogum, Ascatidis tempore structa fuit.
A decimo octavus qui Celtas rexit ad amnem
Condidit hanc Rhodanum fertiliore solo.
Et quia frondosa tentoria fixit in ulmo,
Posteritas ulmi signa decora tulit.
Punica nave fugit cum tecta Venerius, urbem
Hanc tandem voluit nomen habere suum.

(*ep*) Qui miracula S. Zenonis descripsit carmine ita fluente:

Admiranda nimis miracula visere sancti
Hæc placeat, Verona, tui Zenonis amore.
Te precor, alme pater, præsul sanctissime Zeno,
Presbyteri servique tui memor esto Jacobi:
Cui licet ingenii modica sunt undique vires,
Ad scribenda tui miracula clara, fidelis

OVIDIUS Juventinus (eq) IULIUS Speratus (er) LEO Protonotarius sacri palatii Bizantei sub Vatachio Principe (es) BENIGNUS Floriacensis.

Ad

Pastoris, qui splendor ades, decus atque corona
Verona, spem, Zeno, tamen mihi suggerit, ille,
Qui populo silicem jussit producere fontes:
Et mihi dulce loqui dabit hic, qui solvit asello
Ora viri, viresque Deus praestabit inermi.

(eq) Cuius elegia de *Philomela* hoc initio gaudet:

Dulcis amica veni noctis solatia praestans:
Inter aves etenim nulla tibi similis.
Tu Philomela potes vocum discrimina mille,
Mille potes varios ipsa referre modos.
Nam quamvis alia volucres modulamina tentent,
Nulla potest modulis aequivalere tuis.
Insuper est avium spatiis garrire diurnis.
Tu cantare simul nocte dieque potes.

(er) Cuius elegia de *Philomela* ita incipit:

Sum noctis socia, sum cantus dulcis amica,
Nomen ab ambiguo sic Philomela gero.
Transducit Philomela insomnem carmine noctem,
Nos dormire facit, se vigilare docet.
Dic, Philomela, velis cur noctem vincere cantu?
Ne noceat ovis vis inimica meis.
Pestem, dic age, num poteris depellere cantu?
Aut possim, aut nequeam, me vigilare iuvat.

(es) Qui praefationem scripsit libris III. OVIDII de *Vetula*. Audiamus eius initium:

Ovidius Naso Peligni ruris alumnus,
Certus ab exilio se iam non posse reverti,
Et quaerens utrumque sibi solatia, librum
Edidit hunc: in eo describens, quis modus ipsi

At documentorum adversus Barbarificos satis est. Nunc enim omnia proferri nequeunt, quæ ad diluendam accusationem faciunt. Apparet, credo, abunde ex dictis, aliaque occasione dicendis, medio ævo nec *scientiarum* culturam, nec *librorum* apparatum, nec *eruditorum* defuisse copiam.

Fecit

Vivendi fuerat tunc, quando vacabat amori,
Quare mutavit, & quomodo postea vixit;
Quidve intendebat simulac ab amore vacavit.

Forte etiam ipsorum de *vetula* librorum aut magnæ illorum partis auctor est Leo. Sunt enim in iis multa ævum medium redolentia, quæ tamen non obstant, quo minus plurima in illis ipsis & ingeniosa & elegantia occurrant. Ita, exempli causa, anum *L. II. n. XXXI. ed. Goldast. p. 153.* ita pingit:

Accusant vetulam membrorum turba senilis,
Collum nervosum, scapularum cuspis acuta,
Saxosum pectus, laxatum pellibus uber;
Non uber, sed tam vacuum, quam molle, velut sunt
Bursa pastorum: Venter sulcatus aratro,
Arentes clunes macredine, crudaque crura,
Inflatumque genu vincens adamanta rigore.
Accusant vetulam membrorum marcida turbâ.

Cum dies doceat diem, moraque illa, quam dissertationem evulganti imposuerunt obstacula, inquisitionis uberioris occasionem præbuerit, fieri non potuit, quin varia observarentur minus recte dicta, varia etiam, dicenda maxime, neglecta fuerint. Quapropter non a scopo arbitratus sum alienum in calce annotationum, dissertationi subiunctarum, enotare, quæ dicta superius emaculant. Illustrationi prolixiori quæ inservire poterant HISTORIAE POESEOS ET POETARVM MEDII AEVI servabuntur. Hac vice prodeant

EMENDANDA ET ADDENDA.

Fecit virorum illius temporis *modestia*, ut sola plerumque *veterum* scriptorum *lectione* contenti sua cogi-

Ad pag. 2. in fine. Scriptor *ecclesiasticum* statum reliquis postponens est Albertus RIPERVS, cuius *Moses Deus Aaronis* in eo est, ut suadeat principibus viris, quae eos summae arguerent imprudentiae. Non difficilis foret fundamentorum, ab auctore structorum, eversio. Nolo tamen nunc a scopo discedere, cum, quanti apud eruditos scriptum illud pretii sit, publicae censurae commonstrent. Neque sunt adeo, quae addi possint examini schediasmatis dicti a Praeclar. M. Henr. Joh. BÜTEMEISTER, Praeside summe vener. Mart. CHLADENIO, in dissertatione de *promovendis commodis ecclesiae Evangelicae Lutheranae*, instituto.

Ad pag. 5. seqq. *Pontificum Romanorum* causam agentes nos non ad doctrinas, quod philosophi non erat, sed solam in administrando regimine ecclesiastico prudentiam politicam respicere, verba ipsa quidem dissertationis satis evincunt, denuo tamen monere visum nobis fuit, ne quis nostrae Ecclesiae iniuriam fieri suspicetur. Nec summam in rebus sacris potestatem Principibus nonnullis tributam impugno. Sed eam meri arbitrii esse, atque ex pactis venire iudicandam statuo. Divinae Scripturae nihil definiunt.

Ad pag. 14. FORTVNATI ineditum habeo carmen de *passione Christi* cuius initium: *Crux fidelis inter omnes.* Quod vel in *Historia poëtarum medii avi*, vel in singulari *Collectione Poëmatum medii avi* aliquando evulgabo.

Ad p. 15. Anicium Manlium Severinum BOETHIVM poetam diximus. En speciminis loco metrum I. Libri V. de consolatione philosophiae:

Rupis Achemeniae scopulis, ubi versa sequentum,
Rectoribus figit spicula pugna fugax.
Tigris & Euphrates uno se fonte resolvunt,
Et mox abiunctis dissociantur aquis.

cogitata *scriptione* non temere proferrent. Eos qui solos pronunciaverit doctos, quorum scripta pervulgantur, famamque conciliant, plurimis, iisque eruditissimis viris iniuriam fecerit. Hodie, in tanta subsidiorum abundantia, & typorum vilitate, multi latent, eruditi tamen ipsi, eruditioresque persæpe aliis scribacioribus. Medii ævi eruditos quis dicat omnes scriptis innotuisse? quis non infinita eruditionis documenta periisse persuadeatur? Fraudi ergo seculo minus cognito nostra ignorantia, aut eruditis fatorum acerbitas, famam cum scriptis auferens, esse potest minime.

Accedit aliud *modestiæ* genus. Innumeri *nomine suppresso* scripta vulgarunt: publico re ipsa potius in-

Si coëant, cursumque iterum revocentur in unum,
Confluat alterni quod trahit unda vadi.
Conveniant puppes & vulsi flumine trunci,
Mixtaque fortuitos implicet unda modos.
Quos tamen ipsa vagos terræ declivia casus,
Gurgitis & lapsi defluus ordo regit.
Sic quæ permissis fluitare videtur habenis,
Fors patitur frenos, ipsaque lege meat.

Ad pag. 16.

FVLGENTIVM Ruspensem Episcopum poemate insectatum esse errores Thrasamundi Regis dixi fide Olai BORRICHII *in Dissertationibus de Poëtis p. 81.* Fateor me de veritate dictorum dubitare. Exstant Fulgentii libri tres ad Thrasimundum in Operibus eiusdem, prosa autem non carmine scripti.

THEODVLVM sive auctorem Eclogæ ad seculum sextum minus recte scriptores referunt, quamvis medii ævi poeta sit. Utitur enim versibus Leoninis. Goldastus illam evulgavit. Mihi itaque vitio non vertetur, credo, rythmici poematis emendatiores lectiones ex MS. aliquando daturo.

servituri, quam gloriam præfixo nomine capturi. Fuerunt ab omni ævo iniqui librorum æstimatores, qui

Ad pag. 20.

GEORGIUS Pisidas Græce scripsit, ideoque e nostris Poetis eliminandus. Versus, quos velut Georgii adducit Bibliotheca Patrum maxima, sunt editoris Friderici MORELLI.

Ad pag. 21. & 22.

PETRUM APOLLONIUM COLLATIUM septimi seculi poetis annumeravi, auctoritate bibliothecæ Patrum maximæ deceptus. Ipse Olaus BORRICHIUS in *Dissertationibus de Poetis p. 84. n. 73.* falsæ sententiæ favet, scriptoresque literatissimos de vera Collatii ætate dubitasse observat. Nunc tamen subscribo Jo. Alb. FABRICII bibliothecæ Latinæ quæ *p. 723. sq. edit. Hamburg. 1712.* decimo quinto seculo poëtam nostrum vindicat.

Ad pag. 22.

ALDHELMI carmen, cuius primus versus ultimus est si retrogrediaris, acrostichus si descendas, telostichus si ascendas, vide in Jo. Pitsei libro *de illustribus Angliæ Scriptor. ed. Paris. 1619. pag. 117.* & artificium mirare.

Ad pag. 24.

HUGUBALDUS monachus fuit S. Amandi Elnonensis coenobii ordinis S. Benedicti. In poemate de *laude calvorum* singulorum verborum prima litera est C. Adscribam versus aliquos curiositatis gratia:

Carmina Clarisonae Calvis Cantate Camoenae:
Cum Crescit Capitis Cervici Calva Corona,
Consortem Cleri Consignat Confore Calvum.
Capturum Claram, Christo Cedente, Coronam.
Ceu Crines Capitis Convellens Crimina Cordis.
Corde Creatorem Conspectut, Corpore Cœlum
Cœlicolas Cives Cupiens Contingere Cultu.

Reliqua aut emendanda aut supplenda maiori antea promisso operi de POETIS MEDII AEVI servo.

qui nomini vulgo celebrato tribuerent magis, quam ſcripto ipſi. Hi Anonymos neglexerunt auctores, neque eorum ſervandorum curam habuerunt debitam.

Interea nimis multa hodieque ſuperſunt monumenta, eruditionis minime barbaræ veſtigia. Periiſſet, quicquid habemus, Græcorum, Latinorum, aliorumque ſcriptorum antiquorum, niſi medium ævum ea nobis ſervaſſet integra. Hæc ſane omnia fictæ barbariei teſtimonia ſunt luculentiſſima. Quis credat *monachos* rudes, ſi placet, & indoctos, operam diligenter poſuiſſe in colligendis & deſcribendis codicibus, niſi vel ipſi iis, vel alii, uſi fuiſſent. Scilicet temporis fallendi cauſa, tædioſum *Codices*, vetuſtate & ſqualore infeſtos, evolvendi, conferendi, & *nitide exarandi*, laborem inſumſerunt.

Ut autem figmentum, & pigmentum, omne eo clarius pateat, quo utuntur illi, qui barbariem medio ævo tribuunt, in fundamenta ipſa, & *præiudicia*, pudendæ documenta inſcitiæ, inſpiciamus penitius. Vident quippe, & audiunt, *aliquos* in *quibusdam*, inprimis Germaniæ, monaſteriis monachos, deſides fuiſſe, & eruditionis expertes Inde, peſſima ratione, eandem Angliæ, Galliæ, Italiæ, imo Europæ, & Europæ non ſolum, ſed etiam Aſiæ & Africæ faciem fuiſſe arguunt, non cogitantes, quam imperitum ſit, & temerarium, ſuo pede omnia metiri.

Accedit *ignorantia* rerum medio ævo geſtarum, Codicumque illius temporis raritas, &, ſeculis poſterioribus, ex præſumta barbarie *neglectus*. Quam

bene

bene autem a nostra ad seculi integri ignorantiam concludatur, peritiores definiant.

Sententiam vero vulgarem de barbarie medii ævi iuvit maxime illa hominibus minus sapientibus familiaris virtus, qua sua, & recentiora quæcunque non solum antiquioribus præferunt, sed & cum ignominia & iniuria ante actis illata, extollere conantur. *Typographiæ* subsidio facilior ad communicandos cum orbe libros patuit aditus. Rei utilitate moti eruditi secula priora, commodo illo destituta, barbara pronunciarunt. Inique sane, cum Orientis illa pars, quæ Sinensium eruditione per longum, quod novimus, ævum floruit, dudum plura eiusdem libri exempla excudendi adhibuerit methodum. Communior, fateor, & vulgatior, facta est per typorum artem eruditio, non perfectior. Absit enim, ut excellentiam eruditionis, ex eruditorum multitudine, & subsidiorum copia, iudicemus.

Addo, & hoc a veritate non esse alienum, *Lutheranos* ipsos, suæ religionis amore, veritatem aliquo modo læsisse. Agnoscentes enim insigne beneficium, quod reformatione cultus Christiani ad se derivabatur, lumen illud, quod mutata fidei professione in rebus sacris ortum est, non satis fulgidum fore putarunt, nisi præterita tempora barbariei nomine obscurarentur. In doctrina sacra multo liberiorem, & Scripturæ sanctæ, atque Christianismi initiis, magis convenientem tractandi rationem ope reformationis inductam esse largior, veritates autem, quas Lutherus docuit, ignoratas medio ævo fuisse inficior, testibus ni-

xus

xus veritatis illis, quos Flacius produxit, quosque is ipse ignoravit. Demus autem falsam fuisse theologiam, quæ publica autoritate docebatur, & discebatur. Falsitas si barbariem innuit, omnis, aut maxima pars veteris eruditionis, Ægyptiorum, Græcorum, & Latinorum, barbara habenda est, imo vel hodie barbaries regnat, cum falsitatum maiori abundemus proventu, quam veritatum, earumque utilium, copia.

Vltimo loco indicabo potissimum calumniæ fontem. Seculis proxime elapsis verborum captatores, *critici*, solos sese putarunt eruditos, & hac sua opinione mundum tantum non universum fascinarunt. Vnde, quicquid elegantiæ sermonis Latini & Græci non respondere videbatur, barbarie infectum habebatur. Itane *Latina*, & *Græca* linguæ philologiam omnem exhauriunt? Num *linguarum* doctrina eruditionis complectitur ambitum?

Sed inhærere diutius iniustæ incusationi nolo, cum res ipsa contrarium evincat. Venio potius ad illud, cuius gratia hanc conscendi cathedram, atque, postquam pro benivolentissima meorum dictorum auscultatione observantissimas egero gratias, munus mihi clementissime demandatum auspicor. POTENTISSIMIS inprimis ac SERENISSIMIS huius ALMAE IVLIAE NVTRITORIBVS, præsertim DIRECTORI nunc Indulgentissimo, humillimas persolvo grates, quod me SVAE ACADEMIAE doctorem publicum esse gratiosissime iusserunt. Quod pro tam insigni beneficio reddam non habeo, nisi devotissimam mentem, & pias pro universæ AVGVSTAE BRVNSVIGIO

LVNEBVRGENSIS domus incolumitate conceptas, atque ad Deum immortalem fusas preces. Faxit Arbiter rerum humanarum supremus, ut gloria & felicitas tantorum Europæ columinum in maius semper maiusque procrescat, quo & nos summa, quæ a subditis sperari potest, felicitate: tranquillitate, iniquam, & præsidio, fruamur.

Deinde Venerando PATRVM ACADEMICORVM Collegio, Præsidi eius Magnifico, & Professoribus reliquis, Patronis meis colendissimis meam observantiam spondeo, &, ut incolumes omnes cum splendidis familiis suis vivant, opto. Ita fiet, ut de eorum favore perenni certus esse possim, quem omni studio & officio mihi ut servem allaborabo.

Denique & Vos prius compello, quam hinc discedam, Generosissimi, Generosi, Nobilissimi, omni virtutum & Eruditionis genere Præstantissimi, mihique honoratissimi COMMILITONES. Vestris commodis dicatum esto, quicquid pro ingenii mei imbecillitate disciplinarum hausi. Excitate benevolentia Vestra conatus meos, &, siquid a me postulari posse putatis postulate Ego per omnem vitam si quid præstare & iuvare valuero lubentissime proferam, omnibusque rebus aliis Vestro desiderio satisfaciendi studium anteponam.

